IANI OTTONIS SLUITERI

LECTIONES

ANDOCIDEAE.

INTERIECTAE SUNT

LUD. CASP. VALCKENAERII

INEDITAE ET

IO. LUZACII

IN

ANDOCIDEM ANIMADVERSIONES:

ITEM

NONNULLA EX CODICIBUS MSS. EXCERPTA.

ITERUM CUM ANNOTATIONIBUS

EDIDIT

CAROLUS SCHILLER,

PHILOSOPHIAE DOCTOR.

LIPSIAE

SUMPTIBUS CAROLI BERGERI

MDCCCXXXIV.

Χαλεπὸν ἄνθρωπον ὄντα μὴ διαμαρτάνειν ἐν πολλοῖς· τὰ μὲν ὅλως ἀγνοήσαντα, τὰ δὲ κακῶς κρίναντα, τὰ δὲ ἀμελέστερον γράψαντα.

GALENUS.

FRANC. VOLKM. FRITZSCHIO

GEORGIO NICOLAO BUSCHIO

PRAECEPTORIBUS OPTIMIS

D. D. D.

CAROLUS SCHILLER

ROSTOCHIENSIS.

LECTURO BENEVOLO

S. P. D.

CAROLUS SCHILLER.

Explicandis emendandisque ANDOCIDIS orationibus, quae inter oratorum monumenta, praecipue si res atque historiam spectaveris, haud ultimum tenent locum, neminem praeclariorem navasse operam, quam SLUITERUM satis superque inter omnes constat. Nam etsi multa quae SLUITERUS docuit, nunc, diligenti virorum doctorum indagatione instituta, falsa putari debent, perquam magna tamen superest rerum, quae tractantur, ubertas atque praestantia, ita ut SLUITERI libro quum omnes, qui Graecis litteris delectantur, tum ii maxime, qui ANDOCIDIS orationes legunt, vix carere possint. Quamobrem librum ita rarum, ut vix haberi possit, iterum edere operae pretium fore putabam: in quo negotio quam secutus sim viam paucis haec habeto: In scriptoris verbis nihil fere mutavi nisi numeros editionis STEPHANIANAE, quorum in loco BEKKERI paragraphos ex editione Berolinensi reposui: id quod in omnibus oratoribus factum, in Isaeo tamen mea levitate omissum est. Ubi SLUITERUS a recta via aberrasse viris doctis mihique visus est, id suo loco indicavi atque

alia, quae vel ad Andocidis vel aliorum scriptorum locos, quorum mentio in transcursu facta est satis uberrima, aliquid conferre videbantur, quantum fieri potuit, adjeci. Qua in re saepius mihi profuerunt CAROLUS SCHEIBIUS et THEODORUS BERGKIUS, viri arctissimo amicitiae vinculo mecum conjuncti. Alia, quum A. G. BECKERUS eadem doctrinae copia et ingenio, quo disputarat de Demosthene, nuper de ANDOCIDIS quoque scripserit orationibus, breviter tantum attigi. Alia denique prorsus intacta putavi praetermittenda, non quod probarem, sed quod meliora pro tempore afferre nescirem: quae igitur quaeras velim in ipsa orationum editione, quam, ubi opera nostra in hocce libello posita *Tibi* non displicuerit, parare in animo est.

Sed de his hactenus. Fac ut aequus sis. Vale mihique fave.

Dabam

Rostochii Cal. Octobr. MDCCCXXXIII.

CIVITATIS DAVENTRIENSIS CONSULIBUS, SENATORIBUS, IUDICIBUS, ATHENAEI ILLUSTRIS CURATORIBUS,

VIRIS AMPLISSIMIS, GRAVISSIMIS

S. P. D.

IANUS OTTO SLUITER.

Ab eo inde tempore, quo percepta literarum suavitate in iis vitae tabernacula ponere constitui, id mihi semper fuit propositum, ut non tantum ad meam utilitatem studia mea conferrem, sed ad aliorum etiam fructum, quantum possem, uberrimum: quod quum fieri vix posse animadverterem, si ignotus diu laterem, id mihi esse agendum vidi, ut scripto quodam studia mea ad aliorum cognitionem producerem et commendarem. Hoc ego consilio quum *Lectiones Andocideas* conscribere incepissem, accidit, ut casus Athenaeo vestro paene funestus novum mihi vitae curriculum, optatum quidem, at non speratum, vestro beneficio aperiret. Fato concessit Vir optimus et Clarissimus IACOBUS TERPSTRA, qui multos annos summa cum laude Daventriae literas erat professus. Vos autem, Viri Amplissimi! aliqua, quam de me in bonis literis conceperatis, opinione ducti, supparem me, at haudquaquam parem, seni juvenem Daventriam vestram vocastis, vitaeque stationem non tantum laudabilem et honestam, sed honorificam etiam ac gloriosam, communi consensu detulistis. Absoluto igitur in urbe vestra, quem Lugduni inchoa-

veram, libello, ubi circumspicere coepi, ad quem potissimum esset mittendus, non multum neque diu fuit quaerendum: continuo enim Vos occurrebatis, Viri Amplissimi! quorum nomini inscriptum prodiret; non quidem quo tenue opusculum vestra gravitate atque amplitudine dignum existimarem, sed ut publicum quoddam meae erga Vos observantiae vestraeque erga me benevolentiae testimonium ederem. Vobis quippe debeo, quod aliis jam prodesse possim ea aetate, quae ad laboris fructus percipiendos vix matura videbatur; in eo vero stadio, quod bene decurrenti certissima et gloriosissima praemia ostendit; in ea denique urbe, quae cum antiquitate, salubritate, opibus excellit, tum eruditionis laude nulli cedit, hujusque laudis vetustate patrias urbes cunctas superat. Quae cum ita sint, quidni profitear, me, vestris beneficiis devinctum, memorem gratumque Vobis semper futurum; quum sperare possim fore, ut in jucundissimo, quod semper optavi, spatio ad finem usque decurrere mihi liceat. Quamobrem parvulum munusculum, quamquam Vestrorum non aequans Nominum dignitatem, et frugem fortasse nondum maturam, at grati animi documentum accipere ne recusetis, quodque jam mei suscepistis patrocinium, id libello quoque meo ne denegetis. Vos, Viri Amplissimi! a majoribus acceptum et tanquam per manus traditum doctrinae alendae juvandaeque studium tueamini atque ad posteros propagetis; civitatem rectis institutis prudentibusque consiliis, ut facitis, diu florentem florentes et gaudentes regatis; nostrosque ad Athenaei salutem conatus, quos quidem nos numquam intermittemus, benigne adjuvetis.

Scripsi Daventriae d. 20. Augusti 1804.

PRAEFATIO.

Quum ante septimum hunc annum, e puerili institutione egressus, in florentissima Batavorum Lugdunensi Academia literarum scientiam percipere cuperem, erat illa fere literis earumque doctoribus orbata. Munere cesserat, contumelia lacessitus, LUZACIUS: RUHNKENIUS jam defloruerat, neque propter senectutem morbumque ingravescentem discipulis vacare poterat. Quibus rebus cum summo essem in timore, ne a literis discedere necesse esset, jamque spem omnem doctrinae deponerem, jacentem fere adolescentuli animum excitavit et erexit IOANNIS LUZACII, viri summi, humanitas: is enim me plane incognitum, Graecarum literarum prorsus imperitum, Latinae vero Linguae scientia vix mediocriter imbutum, commissum sibi atque commendatum, in suam suscipere disciplinam non dubitavit. Ab eo autem tempore tali tantoque magistro totum me tradidi; ille mihi ad laudem virtutis et doctrinae praeclaram ostendit viam, neque digito tantum, ut fieri solet, ad eam intento monstravit, sed ipse mihi auctor, monitor, dux exstitit: quum ventitanti ad se puero Homerum, Xenophontem, Aristophanem, Pindarum aliosque Graecos scriptores, ita explicaret, ut simul ad Linguae et Antiquitatis cognitionem, simul ad rerum

intelligentiam viam aperiret, flagrantissimumque in me literarum amorem excitaret. Hujus me viri ab ore in privatis colloquiis pendentem, quem in parentis loco et diligendum et colendum mihi esse duxi, saepe memini egregia prudentiae virtutisque praecepta tanquam pleno de fonte haurire, neque umquam ab eo, nisi doctiorem melioremque, reverti. Quamquam vero, optime LUZACI! Te meo praeconio non egere scio, neque id a me postulare, non possum tamen, quae in me contulisti, beneficia non commemorare: sed et amor in Te meus, et tua in me merita singularia hoc quasi debitum a me exigunt, ut publice testificer, qualis in me fueris, gratumque animum, quem re ipsa praestare malim, verbis saltem profitear. Haec Tibi sit unica laboris merces, hoc egregio tuo animo γέρας ἀλίγον τε φίλον τε, has me Tibi praestare sinas quasi usuras exiguas, quas, si possem, etiam centesimas lubens persolverem, quum, si quid unquam sim habiturus aut doctrinae, aut fortunae, id a Te sit profectum.

Ego vero ducem secutus LUZACIUM, a poëseos omnisque liberalis doctrinae parente orsus HOMERO, hanc maxime probavi studiorum viam et rationem, ut Graecis scriptoribus deinceps legendis ab antiquissimo quoque ad proximum aetate progrederer, et ad res ipsas animum adverterem, et dictionem cuivis scriptori propriam diligenter notarem.

Damnum, quod RUHNKENII obitu Lugdunensis Academia fecerat, qui resarcire posset, unus omnium intelligentium judicio erat D. WYTTENBACHIUS, qui simul ac de Historia Latinisque literis scholas Lugduni aperuit, ad harum cognitionem literarum e Clarissimi Viri disciplina proficere volui. Neque me spes fefellit: tunc enim Latinae Linguae, cujus studium cum Graecis Literis arctissimo vinculo conjungendum mihi saepe et praedicaverat et praeceperat LUZACIUS, — Latinae, in-

quam, Linguae elegantiam et ubertatem sentire, Ciceronisque et optimorum quorumque Romanorum scriptis delectari coepi, quum et sentiendi, et intelligendi, et vero scribendi Latine viam egregius mihi magister muniret. Quamobrem viro, ut omni laude cumulato, ita de me meisque studiis, non minus familiari ac domestica consuetudine, quam publica in scholis institutione praeclare merito, quantum debeam, praedicare numquam desinam.

In his autem humanitatis studiis quum per quadriennium ita essem versatus, ut aliarum disciplinarum cognitione et munirem ea et ornarem, in literis vero habitarem; auctor mihi fuit LUZACIUS, ut documentum quoddam progressuum meorum in lucem emitterem, meorumque virium periculum facerem in *Oraculis* Veterum Graeco carmine ad nostram aetatem servatis: cujus ego auctoritati parens, quae *Opsopoei* συναγωγῇ deëssent supplere, obscura illustrare, omniaque, quantum possem, emendatissime edere constitueram. Hoc autem opus quum lentius progrederetur, quippe cum optimorum scriptorum lectione conjunctum, accidit, ut lectis deinceps aliis Graecorum monumentis, ad Oratores Atticos delaberer, quorum desiderio jam dudum ab optimo LUZACIO eram incensus. Capiebat me continuo simplex, tersa ac tenuis LYSIAE Oratio, incitabat ANDOCIDIS impetus atque gravitas, ducebat leniter suavitas ISOCRATIS, rapiebat torrentis instar divina illa, quam in DEMOSTHENE cernebam, dicendi vis: quo minus pulcherrima corpora teterrimis naevis etiamnum esse inquinata ferre poteram; sed ut concitatum flumen, cum in arcta loca delapsum sit, effervescit et obstantia quaevis secum abripit molesque objectas vi sua perrumpit, ita, cum in frequentia illa loca depravata inciderem, eodem, quo Orator, impetu ruens, obstantes locorum difficultates perrumpere studebam, animi ardore vim ingenii acuente et incitante: ita demum fore putabam, ut intra notas ripas rever-

sus placido orationis flumine ferri ac duci possem. Has ego aliquando conjecturas, ut reliqua omnia et studia et consilia solebam, cum suavissimo praeceptore LUZACIO communicavi, cui quidem nonnullae earum ita placuerunt, ut *Oraculorum* editionem vel omittendam, vel in aliud tempus rejiciendam, jam vero hasce Animadversiones in lucem emittendas, censeret; ne tamen in majus volumen cresceret opus, unum mihi sumendum Andocidem, in quo operam ac diligentiam impensius ponerem. Hunc igitur retractare et in vitam ejus quam diligentissime inquirere institui, singula digessi suisque locis collocavi, unde tandem natus est hic *Lectionum Andocidearum* libellus.

Quodnam mihi fuerit consilium, quae opportunitas scribendi, ex dictis satis perspectum esse duco: superest, ut meam rationem, qui juvenis Criticam exercere ausus sim, adversus censores quosdam defendam. Saepe enim ex viris neque doctrina, neque elegantia ingenii, destitutis me audire memini, cum dicerent, in omni literarum studio operam juveni summam esse ponendam, a Critica emendatrice abstinendum, quippe quae multos in errores duceret, ingenia juvenilia corrumperet et ad argutandum pronos redderet; qui cum de caeteris rebus ad literas pertinentibus, Historia, Antiquitate, ipsaque adeo Philosophia, judicandi dent juveni facultatem, de loco corrupto sanando ne cogitet, velut interdicto contendunt. Habet quidem provectior aetas eruditionis copiam judiciique maturitatem majorem: at male tamen nobiscum agatur, si ea aetate, quae et sensu pulchri acerrimo et vi summa inveniendi valet, hac facultate, qua vel natura vel providentia divina animos nostros instruxit, uti nobis non liceat; si juvenem Graecae Romanaeque sapientiae et elegantiae cupidum, cum e veterum scriptis ad cultum ingenii proficere velit, semper haerere oporteat in locis corruptis, quibus pulcherrima antiquorum scripta etiam post eru-

FRANC. VOLKM. FRITZSCHIO

GEORGIO NICOLAO BUSCHIO

PRAECEPTORIBUS OPTIMIS

D. D. D.

CAROLUS SCHILLER

ROSTOCHIENSIS.

cumque olim Vir Magnus ad Xenophontem in Adversariorum libro notarat: idem vero Animadversionum ad Xenophontem liber Adnotationes complectitur in Oratores Graecos, exceptis Aeschine et Demosthene, quos omnes aestate et autumno anni 1756 Valckenaerius perlegerat. Codices MSS. Andocidis neque Valckenaerius contulerat, neque ipse conferre potui; quippe qui in nostra patria, quantum sciam, non exstant, neque aliunde comparandi copia mihi fuit. Servantur autem in Italorum Bibliothecis Codices MSS. X Oratorum et in his etiam Andocidis, teste MONTFAUCONO *Diar. Ital.* p. 16. 17. 238. et fortasse ex horum quopiam fluxerunt viri docti ad Andocidem Animadversiones, quas e margine Aldinae Editionis, quae servatur in Bibliotheca Leidensi, saepius protulimus: certe nonnullas earum e Codice MS. esse excerptas hinc efficitur, quod quaedam notatae sunt lectiones, vel non meliores vulgata vel etiam deteriores; nonnullis quoque de varietate lectionis adnotationibus nota γρ. aut C. est adjecta. De Codice Italo conjecturam hinc duco quod auctor harum adnotationum ad initium Orationum Lysiacarum adscripserit se eas excerpsisse e Codice veneto. Istius vero editionis Aldinae usum amica Viri Clarissimi, MEINARDI TYDEMAN, et nunquam non praedicanda benevolentia mihi procuravit. — Haec quidem de subsidiis, quibus fui instructus, dixisse sufficiat.

Caeterum neque ipse de meo foetu magnifice sentio, neque ingenii aut eruditionis vanam quamdam gloriolam sum consectatus, at unice operam his literis a me navatam eruditis et aequis judicibus probare volui; ut aut aliorum comprobatione eo magis ad laudem incitarer; aut reprehensione, non quidem ab ipsis studiis (quae mihi et in secundis rebus voluptati et in adversis solatio saepius fuerunt eruntque semper) sed a scribendo deterrerer. Sensi quidem ipse, quum absolutum opus re-

legerem, plura a me levius, quam oportuerat, esse tractata; sensi etiam interdum me a probae Latinitatis ratione aberrasse, quae per festinationem aut imprudentiam mihi excidisse piget, quandoquidem meliora scientem peccare turpe est. Oro autem omnes, in quorum manus hic libellus est perventurus, ut non nimis severe neque acerbe de me judicent, cogitantes, quid a juvene viginti annorum et unius, (quem aetatis annum agabam quum maximam harum Lectionum partem conscripsi) multis aliis rebus munerisque publici curis saepe implicito et impedito, vel postulari jure potuerit, vel exspectari.

IANO OTTONI SLUITER,

LECTIONES SUAS ANDOCIDEAS

EDENTI.

Felix ille puer, modo qui florentibus annis,
A queis dependet quaeque futura dies,
Invenit, qui pulchra monet, qui vera, magistrum,
Laudis et aeternae nobile monstrat iter;
Herculis ut ritu seriem per mille laborum
Celsam virtutis possit adire domum,
Quo non barbaries, quo non ignavia vultum
Flectit, in obscuris serpere sueta locis.

Haec, SLUITERE, tui praecepta fuere LUZACI,
Cum tibi non nugis scripta referta daret,
Qualia nunc, quascunque velis, funduntur in horas,
Queis operae sudant, queisque taberna gemit:
At te Palladias juvenem deduxit ad arces,
Argivum et docuit quot ferat ora forum.
Ora quibus Graecae manavit gratia linguae,
Quae dabat ut vires, sic sapientis erat:
Qualis in Andocidis consedit mellea labris,
Cum populum eloquio redderet attonitum,
Seu demonstraret, se relligione teneri,
Nullius inque Deos criminis esse reum;
Sive redux memoret, qualem se gesserit exul,
Ante oculos Patriae cui fuit una salus;
Belligeras seu voce pia leniret Athenas,
Foecundae impellens pacis honore frui;
Seu cohiberet eum, placuit cui summa potestas,
Quem senis Actaei nobilitavit amor.
Semper in egregiis spirat facundia dictis,
Quae capiunt animos simplicitate truces.
Illud laudis habent Veterum quae scripta leguntur:
Verba nitent cultu, fucus at omnis abest.
Quae tu dum volvis gnavoque labore retractas,
Quidquid amor veri subjicit inde trahens,
Cernere jam nosti, quod verbum scripserit auctor,
Et falsum dederit quod peregrina manus.
Non temere incensus mutandi ardore, severo
Judicio exploras, quid sibi dicta velint.

Redditur antiquis per te sic vera venustas,
Cultius et cultis emicat ingenium.
Quanta salus fontem doctrinae haurire serenae
Scire et ubi lateat cognitionis honos,
Castalidumque novem placidos lustrare recessus,
Inque Aganippea nectere valle moras.
Haec, SLUITERE, tibi monstravit rura LUZACUS,
Leidensis carum quem sibi Pallas habet,
Qui juvenes studiis incumbere ut urguet honestis,
Multaque docta loqui, sic quoque vera docet.

HIERONYMUS DE BOSCH.

I.

Index scriptorum.

II.

Index Rerum ac Verborum.

B.

Γ.

Δ.

E.

LECTIONES ANDOCIDEAE.

CAPUT PRIMUM.

De stilo Andocidis judicium et Veterum testimonia. Opusculi hujus institutum et ratio. De ortu et majoribus Andocidis. Leogoras Oratoris proavus, Pisistrati hostis: emendatur duobus locis ANDOCIDES. *Avus Oratoris Andocides; pater Leogoras, homo delicatus;* ψῆττα: *fueritne germanus illius filius Andocides? E* TZETZE *mendum tollitur. Adolescentia Andocidis et initia in republica: legationem obiit:* LYSIAS *et* ANDOCIDES *concilian tur. Disputatio* VALCKENAERII, *in qua Oratio* contra Alcibiadem *Andocidi vindicatur,* TAYLORI *argumenta refelluntur,* PLUTARCHUS *et* ANDOCIDES *saepius emendantur et illustrantur, et de Phaeacis rebus plura traduntur.*

Inter omnes artes, quae ad humanitatem pertinent, neque difficilior est ulla, neque magis ab hominum ingeniis temporumque causis pendet, quam eloquentia: at simul nullius artis studium est aut ad voluptatem jucun- p. 2 St.
dius, aut ad utilitatem uberius, quae, etiamsi praecipuam sedem in curia et foro collocaverit, hinc tamen evagata, per omnes alias dimanavit disciplinas iisque facem praelucere solet. Atque difficultatem quidem eloquentiae forensis et civilis hinc maxime possumus intelligere, quod

sero demum solis Athenis excoli fuit coepta, quum reliquae jam dudum in universa Graecia se extulissent disciplinae, suumque philosophia lumen de divino lumine accensum in hominum animos transtulisset. Ideo autem haec a me dicuntur, ut appareat, multo Rhetoribus et Grammaticis fuisse facilius Oratorum scripta ad normam quandam exigere eorumque vitia carpere et vituperare, quam Oratoribus, iis praesertim, qui primi exstiterunt, artem excolere et normam ac regulas dicendi excogitare: neque adeo reprehendendos esse eos, qui, licet a principe in hoc genere Demosthene longius absint, praestiterunt tamen, quod potuerunt, ipsique principi planam viam facilemque fecerunt. Ratione hac in re utendum est, qua neglecta, si qui de aliorum scriptis judicare velint, neque ad aetatem, locum, fortunam scriptorum animum advertant, ii et errabunt saepe, et severe nimis atque inique judicabunt. Jam hoc monito praemisso Veterum,
3 quos de dictione et stilo Andocidis prodidisse invenimus, testimonia in medium proferamus nostramque de iis expromamus sententiam. [Vide A. G. BECKERI Andocidem p. 43 — 47.]

Antiquorum autem, qui de Andocide prodiderunt, non est consentiens de stilo illius judicium, cum alii ejus simplicitatem tenuitatemque laudent, alii vehementer reprehendant. Huc igitur quae pertinent, loca singula deinceps subjiciam. DIONYSIUS HALICARNASSEUS in *Lysia* p. 82. v. 18. *Καθαρός ἐστι τὴν ἑρμηνείαν πάνυ* (Lysias) *καὶ τῆς Ἀττικῆς γλώττης ἄριστος κανών, οὐ τῆς ἀρχαίας, ᾗ κέχρηται Πλάτων καὶ Θουκυδίδης, ἀλλὰ τῆς κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον ἐπιχωριαζούσης· ὡς ἐστὶ τεκμήριον τοῖς τε Ἀνδοκίδου λόγοις, καὶ τοῖς Κριτίου, καὶ ἄλλοις συχνοῖς.* Idem *π. τ. Θουκυδ. Ἰδιωμ.* p. 161. v. 30. [p. 941. Reisk.] *πρὸς δὲ τοὺς ἐπὶ τὸν ἀρχαῖον βίον ἀναφέροντας τὴν Θουκυδίδου διάλεκτον, ὡς δὴ τότε ἀνθρώποις οὖσαν συνήθη, βραχὺς ἀπέχρη μοι λόγος καὶ σαφής, ὅτι πολλῶν γενομένων Ἀθήνησι κατὰ τὸν Πελοποννησιακὸν πόλεμον ῥητόρων τε καὶ φιλοσόφων, οὐδεὶς κέχρηται ταύτῃ τῇ διαλέκτῳ, οὐδ' οἱ περὶ Ἀνδοκίδην καὶ Ἀντιφῶντα καὶ Λυσίαν ῥήτορες, οὐθ' οἱ περὶ Κριτίαν καὶ Ἀντισθένη καὶ Ξενοφῶντα Σωκρατικοί.* HERMOGENES *de Formis Orat.* L. II. p. 501. *ὁ δὲ Ἀνδοκίδης πολιτικὸς μὲν εἶναι προαιρεῖται, οὐ μὴν πάνυ γε ἐπιτυγχάνει τούτου· ἀδιάρθρωτος γάρ ἐστιν ἐν τοῖς σχήμασι καὶ ἀδιευκρίνητος,*
4 *καὶ τὰ πολλὰ ἐπισυνάπτει τε καὶ περιβάλλει ἀτάκτως διὰ τὸ ταῖς ἐπιβολαῖς χωρὶς εὐκρινείας χρῆσθαι· ὅθεν ἔδοξέ τις φλυαρὸς καὶ ἄλλως ἀσαφὴς εἶναι· ἐπιμελείας*

δὲ αὐτῷ καὶ κόσμου πάνυ βραχὺ μέτεστι, γοργότητος τε ὡσαύτως· καὶ μέντοι καὶ τῆς κατὰ μέθοδον δεινότητος ὀλίγον, ἀλλὰ καὶ σφόδρα ὀλίγον ἔχει· τῆς δ' ἄλλης σχεδὸν οὐδ' ὅλως. PHILOSTRATUS *de Vitis Sophist.* L. II. c. 1. §. 14. p. 564. de Herode narrat, *βοώσης δὲ ἐπ' αὐτὸν τῆς Ἑλλάδος καὶ καλούσης αὐτὸν ἕνα τῶν δέκα, οὐχ ἡττήθη τοῦ ἐπαίνου, μεγάλου δοκοῦντος, ἀλλ' ἀστειότατα πρὸς τοὺς ἐπαινέσαντας, Ἀνδοκίδου μέν, ἔφη, βελτίων εἰμί.* Quo dicto respexisse eum ad pravitatem *) morum, qua apud posteros male audiit Orator, probabilis est OLEARII opinio. Idem vero Olearius, quod miror, Andocidem non nisi ex PSEUDO-PLUTARCHO et PHOTIO cognitum habuisse videtur; quorum ille in *Vita Andocidis* ad finem: *ἔστι δὲ ἁπλοῦς καὶ ἀκατάσκευος ἐν τοῖς λόγοις, ἀφελής τε καὶ ἀσχημάτιστος*: hic iisdem fere verbis, *ἔστι δ' ἐν τούτοις ὁ ἀνὴρ ἁπλοῦς τε καὶ ἀκατάσκευος, ἀφελείας τε φίλος καὶ τῷ ἀσχηματίστῳ σχηματιζόμενος.* QUINCTILIANUS *I. O.* L. XII. c. 10. §. 21. *Quapropter mihi falli multum videntur, qui solos esse Atticos credunt tenues et lucidos et significantes, sed quadam eloquentiae frugalitate contentos, ac semper manum intra pallium retinentes. Nam quis erit hic Atticus? sit Lysias; hunc enim amplectuntur amatores istius nominis modum. Non igitur jam usque ad Cocceum et Andocidem remittemur.* AMMIANUS MARCELLUS L. XXX. c. 4. *Florebant elegantiae priscae patrociniis tribunalia, cum Oratores concitae facundiae attenti studiis doctrinarum, ingenio, fide, copiis, ornamentisque dicendi pluribus eminebant, ut Demosthenes — et Callistratus — ut Hyperides, et Aeschines, et Andocides, et Dinarchus, et Antiphon ille Rhamnusius,* caet.

Horum vero, quos recensui, nemo est in Andocidem Hermogene iniquior, cui magis fortasse placuerit fucata Asianorum Oratio, quam antiquus ille et Atticus simplicitatis color **). Rhetorum enim genti et Grammaticorum nihil pulchrum videtur, nisi quod tropis et schematibus distinctum sit et ornatum. At equidem, quamvis Andocidi orationem non tribuam ratione et arte excultam et politam; subtilitatem tamen, impetum atque

---

*) „Herodis dictum non modo ad morum, sed et orationis vituperium pertinet." Wyttenbachii Bibliotheca crit. Vol. III. pars 3. p. 76. cf. quoque A. G. Becker. l. l.

**) „Hermogenes minus vere a Sluitero confutatur reprehensione studii Asiaticae eloquentiae" Wyttenb. l. l. p. 76. cf. A. G. Becker. l. l. p. 47. n. 156.

gravitatem illius, sum admiratus. Arte Lysiae cedit: nervos plures habet et lacertos: vehemens inprimis in reprehendendo, in defendendo se gravis, ad misericordiam erga se movendam, odiumque in adversarios excitandum plane compositus, in proponendis dijudicandisque argumentis subtilis et acutus, dictione purus et ele-
6 gans, plenus Attici saporis: ut jure a Grammaticis in numerum sit relatus et inter decem collocatus principes.

Neque vero Oratori culpae dandum est, quod simplicior est et arte ornatuque caret iis, quae in Lysia jam lucent, quoniam eo adolescente nondum eloquentia arte erat conclusa, neque ratione constricta, sed tota dispersa atque dissoluta; quique tunc exstiterunt Athenis eloquentiae magistri, hi et ipsi recentes erant, et sophisticam magis subtilitatem venabantur, quam rerum verborumque gravitatem et ornatum. Ut sophisticas has spinas et subtilitatem in Andocide minus desideremus, qui jam ineunte, ut videtur, aetate in re civili et militari versatus, postea autem plerumque vagus et fortunae temeritati subjectus, quum Rhetoribus operam non daret, suamque dicendi facultatem unice ad forensem civilemque usum conferret, non commisit, quod Lysiae ipsi et Isocrati interdum accidit, ut, dum concinnitatem consectaretur, vim dicendi et gravitatem amitteret.

Sunt igitur nobis Orationes Andocidis lectu utilissimae, cum ad eloquentiae exemplum, tum ad rerum Atticarum et Antiquitatis cognitionem: quapropter nos illum dignum judicavimus, in cujus rebus enucleandis, scriptisque emendandis, operam nostram collocaremus. Hujus autem operae haec erit bipertita ratio, ut primum
7 vitam ac res gestas Andocidis persequamur: deinde Orationes illius pro viribus nostris illustremus: his denique tertio loco nonnullae accedent nostrae in Lysiam Animadversiones. Jam vero in viam ingrediamur et de ipso videamus Andocide.

Inter nobilissimas Athenarum familias, quibus sive ductum ab antiquis regibus genus, sive praecipua a remotissimis inde temporibus inter cives dignitas, cum cura sacrorum et ipsa religione conjuncta, *Εὐπατριδῶν* illustre nomen paraverat, Reipublicae deinde institutis confirmatum, insignem et antiquitate stirpis et splendore ac divitiis locum tenebat gens illa, ex qua ortus erat Andocides; quod cum PSEUDO-PLUTARCHUS et PHOTIUS in *Vita* ejus testantur, tum nonnumquam de hac claritate generis ipse gloriatur Orator: vid. *Or. de Red.* §. 26. *de Myst.* §. 141. et §. 147., ubi gentem suam

vocat οἰκίαν πασῶν ἀρχαιοτάτην καὶ κοινοτάτην ἀεὶ τῶν δεομένων. Neque injuria; siquidem stirpis suae auctorem ferebant Telemachum Ulyssis filium atque ipsum adeo Mercurium [vide SCHOEMANN. ad ISAEUM p. 201.]: ab Ulysse gentis originem repetunt PLUTARCHUS in *Alcibiade* p. 201. E. SUIDAS v. Ἀνδοκίδης, EUDOCIA in *Violeto*, in *Anecd. Gr.* VILLOISONI T. I. p. 58. a Mercurio PSEUDO-PLUTARCHUS et PHOTIUS, qui omnes ejus sententiae auctorem laudant Hellanicum [cf. STURZ. 8
ad HELLANICI Fragg. p. 124.]. Non erat tamen quod propterea Pseudo-Plutarchum malae fidei accusaret TAYLORUS, ut egregie docuit D. RUHNKENIUS in *Histor. Crit. Or. Gr.* p. 49. Proavus enim Ulyssis maternus erat Mercurius teste OVIDIO *Metamorph.* L. XIII. v. 146. ad q. l. vid. BURMANNUS. Nempe mater Ulyssis erat Anticlea Autolyci filia, quod constat ex HOMERO *Od. Λ.* v. 84. Autolycus autem ex Mercurii cum Chione concubitu natus esse credebatur. Vid. OVIDIUM *Metamorph.* L. XI. v. 311. ibique Interpp. HYGINUM Fab. 201.

Neque vero heroicam hanc gentis Andocideae originem posterorum fortuna obscuravit; sed eorum, de quibus aliquid memoriae proditum est, nullus fuit, quin satis clarum in Republica habuerit nomen et non exiguam auctoritatem. Quum enim, oppressa a Pisistratidis libertate, Athenienses omnia tyrannidis mala diu tulissent, ac tandem exules, Lacedaemoniorum adjuti exercitu, Tyrannos oppugnarent et Athenis expellerent, (vid. HERODOTUS L. V. c. 64.) civium copiis praefuisse LEOGORAM proavum suum auctor est ANDOCIDES *de Myst.* §. 106. οἱ γὰρ πατέρες οἱ ὑμέτεροι γενομένων τῇ πόλει κακῶν μεγάλων, ὅτε οἱ τύραννοι μὲν εἶχον τὴν πόλιν, ὁ δὲ δῆμος ἔφυγε, νικήσαντες μαχόμενοι τοὺς τυράννους ἐπὶ Παλληνίῳ, στρατηγοῦντος Λεωγόρου τοῦ
προπάππου τοῦ ἐμοῦ καὶ ΧΑΡΙΟΥ οὗ ἐκεῖνος τὴν θυ- 9
γατέρα εἶχεν, ἐξ ἧς ὁ ἡμέτερος ἦν πάππος, κατελθόντες εἰς τὴν πατρίδα τοὺς μὲν ἀπέκτειναν, τῶν δὲ φυγὴν κατέγνωσαν, τοὺς δὲ μένειν ἐν τῇ πόλει ἐάσαντες ἠτίμωσαν. At quis tandem est iste CHARIAS? incognitus sane in historia illorum temporum: quapropter Stephanus ejus loco substituit ΧΑΒΡΙΟΥ, probante Reiskio; neque me haberet dissentientem, si Chabriae cujusdam illa aetate mentionem usquam invenissem. Fortasse rectius reponatur nomen ΚΑΛΛΙΟΥ, cujus acerbissimum fuit in Pisistratum odium, quique solus bona Tyranni emere ausus est, quum hic iterum Athenis esset ejectus. Vid. HEROD. L. VI. c. 121. ubi quae in

Calliae laudem referuntur, quamvis ab aliena manu esse cum viris doctis statuendum videatur, tamen, quin vera sint, non est quod dubitemus. De proavo suo idem confirmat ANDOCIDES *de Red.* §. 26. ὁ τοῦ ἐμοῦ πατρὸς πρόπαππος Λεωγόρας στασιάσας πρὸς τοὺς τυράννους ὑπὲρ τοῦ δήμου, ἐξὸν αὐτῷ διαλλαχθέντα (l. διαλλαχθέντι) τῆς ἔχθρας καὶ γενομένῳ κηδεστῇ ἄρξαι μετ' ἐκείνων τῶν ἀνδρῶν τῆς πόλεως, εἵλετο μᾶλλον ἐκπεσεῖν μετὰ τοῦ δήμου καὶ φεύγων κακοπαθεῖν μᾶλλον ἢ προδότης αὐτῶν καταστῆναι. At si haec loci lectio vera sit, non proavus, sed abavus Andocidis fuerit Leogo-
10 ras: quod falsum esse et locus Andocidis modo allatus et temporum ratio evincit, cum Pisistratidae ejecti sint Olymp. LXVII. A. 3. Andocides autem natus sit Olymp. LXXVIII. A. 1. ne dicam solennem hanc nominum apud Athenienses fuisse διαδοχὴν, ut avi nomen nepoti iterum daretur. Vid. PALMER. *Exercit. ad Auct. Gr.* p. 754. et TAYLOR *Lect. Lys.* c. 5. quod non solum maribus erat proprium, sed et puellae nomen aviae quasi hereditarium accipiebant. Vid. ISAEUS *de Pyrrhi Hered.* p. 41. v. 1. [et SCHOEMANN. ad ISAEUM, p. 217.] Si vero hanc lectionem retineamus, successio illa nominum in familia Andocidis erit interrupta: et, si hic fuerit abavus, proavi neque nomen cognitum est, neque res. Itaque, ut de Reiskii conjectura πατρόπαππος taceam, quod vocabulum ne Graecum quidem est, potius scribendum existimo vel πάππος, vel προπάτωρ, in cujus locum fortasse πρόπαππος successit, cum quis ad explicandum hoc vocabulum superscripsisset πάππος.

Leogorae filius ANDOCIDES, Oratoris avus, legatus Atheniensium patriae foedus tricennale cum Lacedaemoniis conciliavit. Vid. AESCHINES π. τ. παραπρεσβ. §. 172. et qui eum fere descripsit Auctor *Orationis de Pace*, quae inter Andocideas fertur §. 6. idemque PSEUDO-PLUTARCHUS in *Andocide* confirmat: Ἀνδοκίδης Λεω-
11 γόρου μὲν ἦν πατρὸς τοῦ Ἀνδοκίδου τοῦ θεμένου ποτε πρὸς Λακεδαιμονίους εἰρήνην Ἀθηναίοις; ita enim legendum esse vidit vir summus D. RUHNKENIUS l. c.

Sequitur ut de LEOGORA dicamus Oratoris patre, quem tanquam mollem hominem et delicatum ac praecipue gulae deditum Comici Attici saepius perstringunt: sic apud ARISTOPHANEM *Nub.* v. 108. Phidippides, ubi se ad Socratem iturum negat, *non faciam*, inquit:

Οὐκ ἄν, μὰ τὸν Διόνυσον, εἰ δοίης γέ μοι
Τοὺς φασιανοὺς, οὓς τρέφει Λεωγόρας·

quos alii equos esse dicunt galli signum impressum habentes, alii gallos Phasianos: vid. Schol. ad d. l. Ego vero cum ATHENAEO L. IX. p. 387. KUSTERO et BRUNCKIO ad h. l. Aristoph. gallos potius intelligendos esse crediderim, cum quia illud Leogorae magis convenit, tum maxime ob rationem a Brunckio allatam, quod stultum foret juvenem dicere, *non abjiciam equitandi studium, licet mihi dares pulcherrimos equos* [vide quoque HERMANNUM ad hunc locum p. 229. ed. II.]. De Leogora haec nobis produnt Scholia ad d. l. *Λεωγόρας δὲ τρυφερός τις, ὁ Ἀνδοκίδου πατήρ: Πλάτων Περιαλγεῖ.*

Ὦ θεῖε Μόρυχε, νῦν γὰρ εὐδαίμων ἔφυς,
Καὶ Γλαυκέτης, ἡ ψῆττα, καὶ Λεωγόρας,
Οἳ ζῆτε τερπνὸν, οὐδὲν ἐνθυμούμενοι.

Εὔπολις ἐν Αὐτολύκῳ β', ὡς καὶ διὰ Μυῤῥίναν ἑταίραν 12
τὰ χρήματα ἀποβέβληκε, φησίν. — Λεωγόρας δε ὄνομα κύριον ἑνὸς τῶν Ἀθήνησι πολιτευσαμένων τότε· πατὴρ δὲ οὗτος ἦν Ἀνδοκίδου τοῦ ῥήτορος. Versus Platonis ita descripsi, prouti mihi legendi esse videntur, nisi forte pro *νῦν* v. 1. melius legatur *τέως*, quod est apud SUIDAM v. *φασιανοὶ*, qui Scholiastae verba fere integra descripsit. Versu 2. CASAUB. ad Athenaeum p. 665. [VII. p. 329. *E* — p. 330. C.] scribit *ὁ ψῆττα* [vide STALLB. ad Platonis Sympos. p. 78.] et v. 3. *οἵ* [illegible]*, ἀτερπὲς οὐδὲν ἐνθυμούμενοι·* quod nec Kustero ad Suidam l. c. necessarium visum est, nec mihi videtur: *ψῆττα* etiam convicii loco dicitur apud ARISTOPH. *Lysistr.* v. 131. *ταυτὶ σὺ λέγεις, ὦ ψῆττα.* Vitam Leogorae delicatam notavit quoque in *Vespis* ARISTOPHANES v. 1260.

Οὗτος, ὅντιν' ἐγὼ πότ' εἶδον ἀντὶ μήλου καὶ ῥοιᾶς
Δειπνοῦντα μετὰ Λεωγόρου.

Uxorem habuit Tisandri filiam: vid. ANDOC. *de Myst.* §. 117. *de Pace* §. 29. Quando decesserit incertum est: id constat, eum jam fuisse mortuum, cum Andocides Orationem de Mysteriis diceret: vid. d. Or. §. 148. De accusatione ejus, quod Mysteria Eleusinia profanasset, postea dicetur.

Neque tamen prius dimittere possum Leogoram, quam 13
TZETZAE locum apposuerim, qui *Histor. Chil.* VI. v. 367. haec habet:

'Ο 'Ανδοκίδου ῥήτορος πατὴρ ἦν Λεωγόρας,
'Υπ' 'Ανδοκίδου προδοθεὶς, νικήσας τε τῇ δίκῃ,
Τοὺς δικαστὰς ἱκέτευσε γυναῖκα σχεῖν ἐς γάμον,
"Οπως δὴ παῖδας ἐξ αὐτῆς γεννήσῃ τῶν γνησίων·
'Ο 'Ανδοκίδης γὰρ θετὸς ἦν παῖς τῷ Λεωγόρᾳ,
Χρήμασιν υἱοποιηθεὶς αὐτῷ δι' ἀπαιδίαν.

V. 371. pro vitiosa lectione *θεὸς* veram restitui [et sic jam MEURSIUS in Attic. Lectt. V. c. 23.]: *παῖς θετὸς* est *filius adoptivus*: HARPOCRATION v. *Θέτης*, *θετοὺς γὰρ ἔλεγον τοὺς εἰσποιητούς*: exempla sunt apud PLUTARCH. in *Solone* p. 81. E. Arg. [cf. HELD. ad PLUTARCHI Aemil. Paull. p. 157.] Or. ISAEI *de Aristarchi Hered.* p. 79. *de Hagniae Hered.* p. 82. et *θέσθαι υἱὸν* apud DIOG. LAËRT. in *Thalete* L. I. f. 26. p. 16. ed. Huebn. Sed adoptatum fuisse a Leogora Andocidem praeter Tzetzen nemo veterum est qui prodiderit, cujus vero testimonium tanti non est, ut in reliquorum omnium silentio fidem ipsi habeamus.

Hoc igitur patre natus est ANDOCIDES Olymp. LXXVIII. A. 1. Archonte Theogenide, novem fere annis ante natum Lysiam [vide A. G. BECKERUM p. 9. n. 11.] Vid. PSEUDO-PLUTARCHUS in *Andocide*; ubi pro *ὥστε εἶναι πρεσβύτερον αὐτὸν Λυσίου ἔτεσι που ἑκατὸν* non *ὀκτὼ*, ut vult TAYLOR in *Vita Lysiae*, sed *ἐννέα*
14 est scribendum. Mature, ut credibile est, rei publicae et militari dedit operam, quippe Olymp. LXXXVI. A. 2. classi 20 navium praefuit cum Glaucone Leagri F. v. THUCYD. L. I. c. 51. et PSEUDO-PLUTARCHUS in *Andocide*: qui Glauco haud scio an idem sit, cujus mentio est apud ANDOCIDEM *de Myst.* §. 126. atque pater Leagri, de quo ibid. §. 118. agit. Andocidem Oratorem, non avum illius, classi praefuisse, praeclare contra TAYLORUM ostendit RUHNKENIUS l. c.

Neque tamen ita bello inclaruit, ut rebus domi et in pace gestis est nobilitatus. Nam non diu, ut videtur, post depositum classis imperium legatus multas regiones obiit, in eaque legatione patriae civibusque suis magno fuit usui, ut quidem ipse praedicat *Or. contra Alcib.* §. 41.: *βούλομαι δ' ὑμᾶς ἀναμνῆσαι τῶν ἐμοὶ πεπραγμένων· ἐγὼ πρεσβεύσας εἰς Θετταλίαν καὶ Μακεδονίαν, καὶ εἰς Μολοσσίαν καὶ εἰς Θεσπρωτείαν, καὶ εἰς 'Ιταλίαν, καὶ εἰς Σικελίαν, τοὺς μὲν διαφόρους ὄντας διήλλαξα, τοὺς δ' ἐπιτηδείους ἐποίησα, τοὺς δὲ ἀπὸ τῶν ἐχθρῶν ἀπέστησα.* Quis vero dicat ex hoc ipso loco JO. TAYLORUM, virum eruditissimum, hujus Ora-

tionis γνησιότητα oppugnasse, et hoc usum argumento, ut *Phaeaci* eam vindicaret, quod hic locus prorsus obstet LYSIAE de illo testimonio, qui *c. Andoc.* §. 6. dicit: *ἔπειτα δὲ καὶ διώχληκε πόλεις πολλὰς ἐν τῇ ἀποδημίᾳ, Σικελίαν, Ἰταλίαν, Πελοπόννησον, Θετταλίαν, Ἑλλήσποντον, Ἰωνίαν, Κύπρον· βασιλέας πολλοὺς κεκολάκευκεν, ᾧ ἂν συγγένηται, πλὴν τοῦ Συρακουσίου Διονυσίου. κ. τ. λ.* 15 Huic his verbis obviam it RUHNKENIUS d. l. *tardus sit oportet, qui non videat Lysiam, ut accusatorem, quam πρεσβείαν dicere debebat, invidiose ἀποδημίαν dicere. Quod autem ad Phaeacem attinet, non ille legatus obiit Thessaliam, Macedoniam, Molossiam, Thesprotiam, sed solam Italiam et Siciliam, atque inde, Thucydide teste, domum revertit.* At miror virorum sagacissimorum neutrum animadvertisse, non de eadem re loqui Lysiam, sive Pseudo-Lysiam, de qua dicit Andocides; non enim ille agit de legatione Andocidis, sed de peregrinatione ejus post piaculi erga Hermas, sive veram, sive falsam accusationem *): quod primum quidem ex regionum diversitate apparet, cum, quas enumerat Lysias, Peloponnesum, Ioniam, Cyprum et regiones Hellesponto adjacentes, exul adierit Andocides, ut post videbimus, non legatus; nam de iis nihil ipse l. c. dicit: deinde illud ex mentione Dionysii est manifestum, qui Syracusarum imperium occupavit A. 4. Olymp. XCIII., cum legatio Andocidis incidere videatur inter Olymp. LXXXVI. et LXXXIX. ante pactas cum Lacedaemoniis inducias: absurdum autem foret de Dionysio loqui Oratorem, nisi ἀποδημία illa in ea tempora incidisset, quibus hic jam Tyrannide esset potitus. 16

Quum igitur opes Andocidis sensim crescerent, jamque auctoritate et potentia valeret, optimatium partes secutus, (vid. *Or. c. Alcib.* §. 8. et §. 37. seqq. PLUTARCHUS in *Alcibiade* p. 201. F.) quater in summum discrimen venit et in ipsum capitis periculum. Sed, judicum sententiis absolutus, (vid. Andoc. dd. ll.) postea cum Alcibiade et Nicia, potentissimis ea aetate in republica viris, coram populo contendit, quis Ostracismo e civitate pellendus esset; atque in hanc rem Orationem illam in Alcibiadem habuit, quam nos hodieque habemus superstitem; quae quin germana sit Andocidis post

*) „Et nos miramur, Sluiterum non animadvertisse, legationem et peregrinationem Andocidis a Pseudo-Lysia confundi" Wyttenb. l. l. p. 78. vide A. G. Becker. p. 12.

egregiam RUHNKENII d. l. disputationem nemo est qui dubitet.

Neque tamen omnia is argumenta vel enucleasse, vel exhausisse videatur, si illius dicta cum Valckenaerianis conferantur. Rationes suas postquam dilucide exposuit Ruhnkenius, „accedit huc, inquit, consensus viri praestan-„tissimi et collegae conjunctissimi, L. C. VALCKENAERII, „qui Taylorianas rationes iisdem, quibus nos, argumen-„tis in Adversariis suis oppugnarat.“ Praelegerat nimirum Valckenaerius Ruhnkenio istam adnotationum suarum particulam ex ditissima Animadversionum penu,
17 quas ad singulos scriptores Graecos, dum eos perlegeret, (perlegerat vero omnes, praecipuos haud semel) in Adversariorum libris recondere solebat. Obtulit autem mihi Adversariorum istorum particulam, cum Ruhnkenio olim communicatam, quam, ut praefatus sum, inter pauca Valckenaeriana, habet praeceptor optimus IOANNES LUZAC, eamque in aliquem ordinem redactam, atque hic aut illic stilo expolitam, in usus meos descripsit. Jucundus sane erit duorum in literis principum virorum in idem judicium consensus: jucundior consideratio, quo quisque modo, sibi proprio, sententiam suam explanarit et confirmarit. Itaque, concessa lubenter a Luzacio venia usus, probantibus (opinor) omnibus bonarum literarum fautoribus et studiosis, disputationem Valckenaerianam hic subjungam.

Erudite disputans I. TAYLORUS Lect. Lys. *Cap.* 6. *probabiliter evincit Orationem, quae quarta Andocidis dicitur,* contra Alcibiadem, *non esse illius, sed Phaeacis. Quamvis autem* TIB. HEMSTERHUSIUM (*ad* Thom. Mag. *p.* 810. B.) *in suam sententiam pertraxerit, existimo* probabiliter
18 *tantum disputasse, neutiquam probasse. Venusta, fateor, et ingeniosa ista est Taylori disputatio, sed plena juvenilis jactantiae, quam sic claudit:* „*Tu, Lector, con-„stanter, ubi tempus ad eam rem tulerit, meae famae „periculo cites* Orationem Phaeacis contra Alcibiadem.“ *Ut hoc demonstret, primum ponit tres ex Oratione desumtas notas, quibus auctor possit dignosci; deinde contendit has notas Phaeaci tantum convenire. De singulis videamus.*

I°. *Ait disputari in hac causa, quemnam e tribus Ostracismo plecterent Athenienses, Oratorem, an* Alcibiadem, *an* Niciam? *tum p.* 695. *e Plutarcho de-*

monstrare nititur, de Ostracismo inter hos tres fuisse disputatum. Loca PLUTARCHI sunt Tom. I. p. 196. D. p. 530. in fine et 531. Priori loco ait Plutarchus, „cum juvenis Alcibiades ad Rempublicam accederet, „facile eum reliquis Demagogis palmam praeripuisse „eosque prostravisse, sed certamen habuisse cum Phae- „ace Erasistrati F., et cum Nicia Nicerati F. τοὺς „μὲν ἄλλους εὐθὺς ἐταπείνωσε δημαγωγοὺς, ἀγῶνα δ' „εἶχε πρός τε Φαίακα τὸν Ἐρασιστράτου καὶ Νικίαν „τὸν Νικηράτου, — hunc ducem egregium; illum, qui, „ut ipse Alcibiades, potentia tunc et auctoritate cre- „scere inceperat, et haud ignobili stirpe erat oriun- „dus; — Φαίακα δ' ἀρχόμενον, (ὥσπερ αὐτὸς) αὐξά- 19
„νεσθαι τότε, καὶ γνωρίμων ὄντα πατέρων, ἐλαττού- „μενον δὲ τοῖς τε ἄλλοις, καὶ περὶ τὸν λόγον. Cum- „que (addit Plutarchus,) populus videretur unum de „tribus ejecturus Ostracismo, Alcibiades, inita cum „Nicia ἑταιρείᾳ, effecit, ut poena in accusatorem Hy- „perbolum verteretur.“ Alii tamen, auctore ibidem Plutarcho, adfirmabant istam societatem ab Alcibiade initam cum Phaeace, non cum Nicia (p. 197. B.) ὡς δ' ἔνιοι φασὶν, οὐ πρὸς Νικίαν, ἀλλὰ πρὸς Φαίακα δια- λεχθεὶς (an διαλλαχθεὶς?) καὶ τὴν ἐκείνου προσλαβὼν ἑταιρείαν, ἐξήλασε τὸν Ὑπέρβολον. Qui inter istos ἐνίους sic senserit, cum Phaeace partes junxisse Alcibiadem, non cum Nicia, Theophrastus citatur a PLUTARCHO (in Nicia p. 531. A.), qui ipse tamen plurium sententiam lubens sequitur. At vero nihil Plutarchus de disputatione super Ostracismo inter hos tres Viros, nihil de actione judiciaria, quae tamen clareret, si haec Oratio esset Phaeacis. Tum porro, si illa habita esset a Phaeace, Alcibiades, indignissimis modis ab illo laceratus, nunquam se cum illo potuisset conciliare: quin potius adversus hunc ipsum cum Nicia conspirasset, non contra Hyperbolum. Ipse etiam Nicias, in suis Orationibus apud Thucydidem, quam tecte et caute tangit Alcibiadem, nihil aperte, nihil quod de Ostracismo inter se actione judiciaria illos certasse sit indicio? Immo 20
paene suspicor, καὶ Νικίας in ANDOCIDE p. 29. v. 12. ab eruditulo adjectum vel e Thucydide, vel e Plutarcho. Permirum enim esset de Alcibiade solo, de Nicia ne verbum quidem, dicere Oratorem in tota Oratione. Si vel hunc Ostracismo secum contendere judicasset indignum, hoc saltem meo judicio fuisset dicendum. Quod si tamen Phaeacem hic causam egisse quis velit, suspicari poterit, Orationem ab Andocide scriptam sub pe-

sona Phaeacis, *qui illam recitaverit. Aliter quidem Taylorus, qui Plutarchum emendat; cumque apud illum legatur*, φέρεται καὶ λόγος τις κατ' Ἀλκιβιάδου καὶ Φαίακος γεγραμμένος, *ille, ut suam opinionem stabiliat, corrigit*, ὑπὸ Φαίακος γεγραμμένος. — *Contra non attingit Taylorus quod est in* Vita Andocidis, (*p*. 835. A.)— σώζεται αὐτοῦ (*Andocidis*) καὶ ἀπολογία πρὸς Φαίακα.

II°. *Alteram notam Taylorus ponit, Oratorem esse domo humili potius et ignobili quam illustri, ex p.* 33. εἰ δεῖ κατὰ γένος (καὶ τὸ γένος *Steph.*) σκοπεῖν, ἐμοὶ μὲν οὐδαμόθεν προσήκει τούτου τοῦ πράγματος; *atque illam notam in Phaeacem transfert p.* 695. B. „*Phaeax*, „*ait, Erasistrati neque domo admodum nobilis erat*, „*neque majoribus clarus. Gens Erasistrati nullam in*
21 „*veteribus Monumentis dignitatem consecuta est; pri*„*mus illam nobilitavit Phaeax.*“ — *Sed*

1°. *Nihil minus dicit Orator:* εἰ δεῖ καὶ κατὰ γένος (*sic lego*) σκοπεῖν. Si ego et Alcibiades secundum genus sumus judicandi, mihi hoc minime convenit. Nemo enim meorum Ostracismo fuit ejectus; Alcibiadi vero maxime, cujus avus uterque bis fuerit ejectus Ostracismo.

2°. *Nobili genere fuit Phaeax Erasistrati.* PLUTARCHUS *p*. 196. E. Φαίακα γνωρίμων ὄντα πατέρων. *Scribendum ob sequentia*, γνωρίμων μὲν ὄντα πατέρων. *Si non nobile fuisset genus, Phaeax istam comparationem instituere non potuisset. Nulli enim nisi nobilissimi cives ejiciebantur Ostracismo. Praeterea in tot regiones legatus missus non fuisset. Apud* DIOG. LAËRT. *Lib*. II. *Segm*. 63. *est*, ὡς δῆλον ἐκ τῆς ἀπολογίας τοῦ πατρὸς Φαίακος τοῦ στρατηγοῦ, *quam scripserit Aeschines Socraticus.*

III°. *Taylorus tertiam notam ponit in loco p*. 34. *v*. 23. *quo dicit Orator legatum se missum in Thessaliam, Macedoniam, Molossida, Thesprotiam, Italiam, Siciliam:* τοὺς μὲν, *ait*, διαφόρους ὄντας διήλλαξα, τοὺς δ' ἐπιτηδείους ἐποίησα. *Jam vero docet e* THUCYD. *Lib*. V. *Cap*. 4. *Phaeacem cum duobus Collegis anno belli decimo missum legatum in Italiam et Siciliam caet. Hoc, fateor, speciem habet primo adspectu ma-*
22 *gnam. Verum sensit ipse* TAYLOR *p*. 694. B. *obesse suae conjecturae locum* LYSIAE §. 6. *de Andocide dicentis:* διώχληκε πόλεις πολλὰς ἐν τῇ ἀποδημίᾳ, Σικελίαν, Ἰταλίαν, Πελοπόννησον, Θετταλίαν, Ἑλλήσποντον, Ἰωνίαν, Κύπρον. *Dicere potuit legationem Lysias invidiose* ἀποδημίαν. *Nisi publicis se rebus immiscuisset his in regionibus Andocides, quomodo dici potuit*

illas διωχλημέναι? Mihi haec videntur in nostrum congruere. Quot non legationes hoc bello ab Atheniensibus missae? Aetas quidem Phaeacis legati missi et Alcibiadis ad Remp. accedentis non male congruunt. Anno belli decimo missus Phaeax legatus; undecimo Alcibiades innotuit. Incipiebant tamen tantum uterque auctoritate florere. Apud Plutarchum est: Φαίακα — ἀρχόμενον (ὥσπερ αὐτὸς) αὐξάνεσθαι τότε. At vero tum temporis cognitus jam dudum in Rep. Andocides legationem obierat, atque in foro dicere consueverat.

IV°. *In quo tandem arcem causae collocat* TAYLORUS p. 695. 696. *levissimum est argumentum et facile refelli potest.* PLUTARCHUS p. 196. E. *ait: Φέρεται δὲ καὶ λόγος τις κατ' Ἀλκιβιάδου καὶ Φαίακος γεγραμμένος, ἐν ᾧ μετὰ τῶν ἄλλων γέγραπται καὶ ὅτι, τῆς πόλεως πολλὰ πομπεῖα χρυσᾶ καὶ ἀργυρᾶ κεκτημένης, Ἀλκιβιάδης ἐχρῆτο πᾶσιν αὐτοῖς ὥσπερ ἰδίοις πρὸς τὴν καθ' ἡμέραν δίαιταν. Taylorum pro καὶ* 23
Φαίακος legere ὑπὸ Φαίακος, supra animadvertimus. Si mutatione opus sit, legerim ego καὶ Φαίακι γεγραμμένος, quibus verbis indicarit Plutarchus: „Cum plures scrip„serint Orationes contra Alcibiadem.“ (κατ' Ἀλκιβιάδου scripsit Orationem Antiphon acerbissimam, cujus insignem locum habent Plutarchus et Athenaeus; πρὸς Ἀλκιβιάδην Lysias. Vid. Fragm. p. 619. 620.) — „cum „igitur plures scriptae sint Orationes contra Alcibia„dem, exstare et unam, quam habuerit Phaeax.“ Credendumque esset, hunc ipsum λόγον Plutarcho designatum, sive a Phaeace scriptum sive Phaeaci, ab Andocide nimirum, ut a Phaeace pronunciaretur, si ea, quae habet Plutarchus, in Oratione legerentur, quae nunc Andocidis esse dicitur: At vero 1°. non dicit Andocides vel Orator, τὴν πόλιν πολλὰ πομπεῖα κεκτημένην· 2°. Non memorat πομπεῖα χρυσᾶ καὶ ἀργυρᾶ· 3°. Non dicit Alcibiadem his usum πρὸς τὴν καθ' ἡμέραν δίαιταν· Verum in solemnitate Olympica commodato petita adhibuisse, tum in epulo, tum in sacrificio, sed tantum Olympiae.

Praeterea nihil in rem suam adfert Taylorus. Ego vero et alia ipsi argumenta obmovenda existimo.

V°. *Mirum est, si hanc ut Phaeacis legerit Orationem Plutarchus, nihil inde, quod ad Alcibiadem spectet, eum excerpsisse, praeter illud perpusillum sane. Multa ibi habentur Historica vitae Alcibiadis, quae Plutarchus attigisset, si cognita habuisset.* 24

VI°. *Vis dicendi in hac Oratione elucet admirabilis, et prorsus Andocidea.* PLUTARCHUS *autem p.* 196. E. *Phaeacem dicit* ἐλαττούμενον τοῖς τε ἄλλοις καὶ περὶ τὸν λόγον· ἐντευκτικὸς γὰρ ἰδίᾳ καὶ πιθανὸς ἐδόκει μᾶλλον, ἢ φέρειν ἀγῶνας (*an* φεύγειν?) ἐν δήμῳ δυνατός· ἦν γὰρ (ὡς Εὔπολις φησί·)

Λαλεῖν ἄριστος, ἀδυνατώτατος λέγειν·

Haec Plutarchus non nisi de Phaeace dixisse videtur, (*vid.* TAYLORUM *p.* 695. A.) *quamvis a Scholiaste* ARISTOPHANIS ad Equites *v.* 1374. δεινὸς ῥήτωρ *perhibeatur. Ipsa Aristophanis verba sunt obscuriora, neque disertum fuisse Phaeacem probant.*

VII°. *Hanc Orationem, ut Andocidis, sine dubitatione (quod et novit Taylorus) citat* HARPOCR. *in v.* εὐανδρία *). *Et, si vera est conjectura mea in* MOERIDE, *v.* πομπεῖα, *iste Atticista hunc ipsum locum designaverit, ob quem potissimum Phaeaci Orationem tribuit Taylorus.*

VIII°. *Mihi quidem visus est idem stilus in hac Oratione atque in reliquis, quae sine controversia sunt Andocideae, eadem dicendi vehementia, eadem libertas.*

Multa quoque insunt, quae uni videntur convenire Andocidi.

---

*) Respexit Harpocration Andocidis locum c. Alcib. §. 42., ubi J. Bekker. cum. ABZ. restituit εὐανδρίᾳ. „Verum, inquit, G. Burges. (vide Classical Journal a. 1820. p. 354.), de illo certamine Εὐανδρία dicto non alibi legisse memini. Novi equidem, quod et hic legere malim, ἀνδράσι omisso εὐ. Confer omnino Inscript. Vet. Graecam Dorice scriptam in Class. Journ. N. XXVI. p. 332. editam

Μυριχος Πολυκρατιος Ιαρωνυμος Διογιτονος ανδρεσσι χοραγεισαντες νικασαντες Διονυσῳ ανεθεικαν Τιμωνος αρχοντος αυλιοντος Κλεινιαο αιδοντος Αλκισθενιος.

Hujus loci si meminisset Blomfieldus, emendare potuisset Inscript. apud Spon. I. p. 339. allegatam in Museo Crit. N. v. p. 81.: ὁ δημος ἐχορηγει — παιδων ενικα legendo παισιν cf. Isaei verba de Apollod. heredit. p. 67. 30 ed. HSt. ὅς γε καὶ παιδικῷ χορῷ χορηγῶν ἐνίκησεν et Harpocrat. v. Κατατομή — νενικηκώς, τῷ πρότερον ἔτει χορηγῶν, παισί." — Afferre poterat Burgesius ex ipso Andocide locum c. Alcib. §. 20. Ταυρέαν, ὃς ἀντιχορηγὸς ἦν Ἀλκιβιάδῃ παισί. vide nos ad p. 97. ed. Sluit. At jure rejecit A. G. Beckerus l. l. p. 80. n. 38. Burgesii lectionem.

§. 2. *Μεγίστοις περιπέπτωκα κινδύνοις, προθύμων μὲν καὶ ἀγαθῶν ἀνδρῶν τυγχάνων, διόπερ σώζομαι· πλείστοις δὲ καὶ δεινοτάτοις ἐχθροῖς χρώμενος, ὑφ' ὧν διαβάλλομαι.*

§. 8. *Τετράκις ἀγωνιζόμενος ἀπέφυγον, — uti mox* §. 35. *ἐγὼ ἐν τῷ κοινῷ κέκριμαι τετράκις, ἰδίᾳ τε οὐδὲν* (*leg.* *οὐδένα*) *διεκώλυσα δικάζεσθαι βουλόμενον· denique* §. 36. *fin.* *τοσαυτάκις ἀγωνιζόμενος καὶ δικαίως νικήσας·* (*sic legendum puto*). *Saepius accusatum Andocidem, ex ipsis ejus Orationibus constat, ob Hermas dejectos, ob Cereris mysteria vulgata, ob reditum in templa. Conf.* LYSIAM *p.* 117. *v.* 10. *p.* 129. *etc. Istos autem Andocidis casus persequitur* TAYLOR Lect. Lys. *p.* 691. 692.

§ 37. *Ait se habuisse validissimos accusatores, καὶ λέγειν καὶ πράττειν, οἵτινες δύο τῶν τὴν αὐτὴν ἐμοὶ αἰτίαν ἐχόντων ἀπέκτειναν.*

§. 22. *Τῶν νέων αἱ διατριβαὶ οὐκ ἐν τοῖς γυμνασίοις, ἀλλ' ἐν τοῖς δικαστηρίοις εἰσὶ· — δημηγοροῦσιν οἱ νεώτεροι. Haec Andocidi conveniunt jam tum pro-* 26
vectiori, non Phaeaci, qui, ut e Plutarcho constat, tunc juvenis erat.

§. 42. *Choragum se fuisse, victorem εὐανδρίᾳ καὶ λαμπάδι καὶ τραγῳδοῖς· Andocidem choragum et victorem dedicasse tripoda, constat e Vita ejus Plutarchea in fine.*

Haec a summo VALCKENAERIO in Adversariorum libros relata fuerunt aestate anni 1756. ad finem vergente; quae si quis comparet cum *Historia Critica Oratorum Graecorum,* duodecim post annos a Clar. Ruhnkenio in lucem edita, (cum verba, quibus uterque pariter utitur, in istis Adversariis reperiantur,) facile animadvertet, plura eorum, quae a Valckenaerio acceperat, in suos usus a Ruhnkenio, probante illo, fuisse conversa *).

---

*) Cf. Wyttenb. l. c. p. 78. sqq.

27 ## CAPUT SECUNDUM.

Belli Siculi initia. De numero militum Atticorum agitur. THUCYDIDES *aliter a* PLUTARCHO, *aliter a* DIODORO *intellectus. Hermae Atheniensium describuntur: magnus eorum numerus, et publice et privatim consecratus. Hipparchi Hermae aliique. Usus Hermarum in sepulchris et viis publicis. Mons Parthenius.* Ἑρμαῖοι λόφοι. *Hermae ante privatorum aedes positi: item cippi Apollinis* Ἀγυιέως *et Hecates sacella. Hermae quomodo fuerint dedicati; qua ratione mutilati.* CORNUTUS, PAUSANIAS, HARPOCRATION, EUSTATHIUS *et* PLUTARCHUS *emendantur.*

Quum vero in republica florere inciperet Andocides, atque ad amplissimum quemvis honorem aditum sibi aperuisset, ab hoc gradu dejectus est luctuosissimo casu, qui cum ipsa reipublicae ruina fuit conjunctus: quae res quoniam Andocidi perniciei fuit ac spem illius omnem evertit, paullo altius illam repetemus.

28 Post repulsos ex Graecia barbaros quum Athenienses et fortitudinis existimatione, et potentia sua, et sociorum numero magnopere essent aucti, Lacedaemoniorum invidiam excitavit ingens illa civitatis aemulae potestas: atque Athenienses suis rebus non amplius contenti jam Graeciae totius spectabant imperium. Quum igitur hi sibi maxime obesse Lacedaemonios viderent, illi vero non nisi fractis Atheniensibus pristinam dignitatem se tueri posse intelligerent, non est mirandum, tam facile utrisque fuisse persuasum, ut bellum Graecorum genti universae funestum susciperent. Accedebat huc Periclis auctoritas, qui tum Athenis plurimum valebat, multasque norat quasi incantationes, quibus civium animos sibi conciliabat ducebatque quo vellet, ut ait XENOPHON *Mem.* L. II. c. 6. §. 13. Hic igitur quum pecuniam publicam minus bene administrasset, ejusque administrationis rationem reddere vereretur, aliis rebus populum

implicare studuit *), ut molestas istas *εὐθύνας* effugeret, atque civium suorum

---

*) „Hanc caussam Pericli hujus belli suscipiendi fuisse, jactarunt ejus inimici et Comici [vide G. C. H. RASPII doctam dissertationem de EUPOLIDIS *Δήμοις* p. 77. n. 40.]: plane abhorrentem ab animo tanti viri. Vera fuit caussa cupiditas patriae augendae, Spartanorum invidia, ut ex Historicis constat gravissimis, Thucydide I, 23, 24, 56, 88, II, 1. viri incorruptum animum et egregias virtutes laudante, II, 65: Plutarcho in Pericle p. 162, D, et 168, 169, ista malevolorum crimina diluente. Accedit testimonium Aristidis in Orat. Platon. II, p. 137, et 149: tum vero silentium Platonis in Gorgia, reprehendentis Periclem, nec istiusmodi criminum suspicionem moventis. Quorum si qua fuit species veri, pertinebat ad occasionem et initium belli, non ad caussam, quippe diu antea utrimque agitati ac destinati. Postea demum Historici haec e Comicis susceperunt, quum historia rhetorice ad delectationem converti coepisset. Ex his fontibus fluxit illa de Alcibiade narratiuncula, relata a Diodoro Sic. XII, 38, cujus monito Periclem belli initium fecisse. Quod simpliciter refert Plutarch. in Alcibiade p. 194, E, [vide BAEHRII Prolegg. ad Plut. Alc. p. XVII. seq.] et Apophthegm. p. 186. E, nulla belli per hanc caussam suscepti mentione: Ἐλθὼν δὲ ἐπὶ τὰς θύρας τοῦ Περικλέους καὶ πυθόμενος αὐτὸν μὴ σχολάζειν, ἀλλὰ σκοπεῖν ὅπως ἀποδώσει λόγους Ἀθηναίοις, Οὐ βέλτιον, ἔφη, σκοπεῖν ἦν, ὅπως οὐκ ἀποδώσει. Reposuit fabulam quoque Valer. Max. III, 1. extr. Hoc erat historiam rhetorice et comice ornare: illa vera et vulgaris belli caussa nullam praebebat materiam ad ornatum: in quo instituto Historicos festive reprehendit Cic. Brut. 11. Sed recentiorum, etiam diligentiorum, in libris ista de Pericle caussa fertur, Petavii adeo Rationar. Temp. III, 3, 9. Prudentius agunt Vossius Opp. T. IV, p. 14, et Cellarius Compend. H. A., qui omittunt. Est hic a malevolentia profectus error, in historia de magnis viris maledicam famam captare, eorumque factis et consiliis bifariam honeste et secus proditis, honestiorem rationem praeterire ac deteriorem sequi. Quod vitium prudenter notavit Plutarchus in libello de Malignitate Herodoti: quem libellum ut aliis in locis improbamus, ita in hoc omnes recte sentientes probant, quod ait p. 855, E, et in gratiam liberalis doctrinae studiosorum ex nostra editione apponere juvat: Τέταρτον τοίνυν τίθεμαι σημεῖον οὐκ εὐμενοῦς ἐν ἱστορίᾳ τρόπου, τὸ δυοῖν ἢ πλειόνων περὶ ταὐτοῦ λόγων ὄντων, τῷ χείρονι προστίθεσθαι. Τοῖς γὰρ σοφισταῖς ἐφεῖται πρὸς ἐργασίαν ἢ δόξαν ἔστιν ὅτε τῶν λόγων κοσμεῖν τὸν ἥττονα παραλαμβάνοντας· οὐ γὰρ ἐμποιοῦσι πίστιν ἰσχυρὰν περὶ τοῦ πράγματος, οὐδὲ ἀρνοῦνται πολλάκις εἰς τὸ παράδοξον ἐπιχειρεῖν ὑπὲρ τῶν ἀπίστων· ὁ δὲ ἱστορίαν γράφων, ἃ μὲν οἶδεν ἀληθῆ, λέγειν δίκαιός ἐστι· τῶν δὲ ἀδήλων τὰ βελτίονα δοκεῖν ἀληθῶς λέγεσθαι μᾶλλον ἢ τὰ χείρονα. Πολλοὶ δὲ ὅλως τὰ χείρονα παραλείπουσι· ὥσπερ ἀμέλει περὶ Θεμιστοκλέους Ἔφορος μὲν εἰπών, ὅτι τὴν Παυσανίου προδοσίαν ἔγνω, καὶ τὰ πρασσόμενα πρὸς τοὺς

Τὰς φύσεις — δεδοικὼς καὶ τὸν αὐτοδὰξ τρόπον,
Πρὶν παθεῖν τι δεινὸν, αὐτὸς ἐξέφλεξε τὴν πόλιν·
Ἐμβαλὼν σπινθῆρα μικρὸν Μεγαρικοῦ ψηφίσματος,
Ἐξεφύσησεν τοσοῦτον πόλεμον, ὥστε τῷ καπνῷ
Πάντας Ἕλληνας δακρῦσαι.

29 ut est apud ARISTOPH. in *Pace* v. 606. Hoc bellum quum pari virium contentione paribusque animis, per decem deinceps annos, varia fortuna gessissent potentissimae Graeciae civitates, tandem mutuis cladibus defatigatae, caesis ad Amphipolin Cleone et Brasida, qui paci maxime fuerant adversati, foedera in quinquaginta annos inierunt, ne septem quidem duratura.

Athenienses enim quiescere non sinebat dominandi libido, sed simul atque a prioribus aliquantum se refecerant cladibus, ad majora animum adjecerunt: et qui satis habebant, si sua tueri possent, Siciliam, Carthaginem totamque Africam mente ac cogitatione sunt complexi. Vid. THUCYD. L. VI. c. 12. 24. 26. ARISTOPH. *Equit.* v. 174. ISOCR. *de Pace* p. 175. [§. 79. seqq.] seqq. AESCHIN. *π. τ. παραπρ.* p. 38. [§. 76.] DIOD. SIC. L. XII. c. 54. 83. L. XIII. c. 2. PLUTARCH. in *Alcib.* p. 199. E. in *Nicia* p. 531. B. Neque cupiditati eventus defuit.

βασιλέως στρατηγοὺς, ἀλλ' οὐκ ἐπείσθη, οὐδὲ προσεδέξατο κοινουμένου καὶ παρακαλοῦντος αὐτὸν ἐπὶ τὰς ἐλπίδας· Θουκυδίδης δὲ καὶ τοπαράπαν τὸν λόγον τοῦτον ὡς κατεγνωκὼς παρῆκεν. Ἔτι τοίνυν ἐπὶ τῶν ὁμολογουμένων πεπρᾶχθαι, τὴν δ' αἰτίαν ὑφ' ἧς πέπρακται καὶ τὴν διάνοιαν ἐχόντων ἄδηλον, ὁ πρὸς τὸ χεῖρον εἰκάζων δυσμενής ἐστι καὶ κακοήθης· ὥσπερ οἱ κωμικοὶ τὸν πόλεμον ὑπὸ τοῦ Περικλέους ἐκκεκαῦσθαι δι' Ἀσπασίαν ἢ διὰ Φειδίαν ἀποφαίνοντες, οὐ φιλοτιμίᾳ τινὶ καὶ φιλονεικίᾳ μᾶλλον στορέσαι τὸ φρόνημα Πελοποννησίων καὶ μηδενὸς ὑφεῖσθαι Λακεδαιμονίοις ἐθελήσαντος. Εἰ μὲν γάρ τις ἐν εὐδοκιμοῦσιν ἔργοις καὶ πράγμασιν ἐπαινουμένοις αἰτίαν φαυλὴν ὑποτίθησι καὶ κατάγεται ταῖς διαβολαῖς εἰς ὑποψίας ἀτόπους περὶ τῆς ἐν ἀφανεῖ προαιρέσεως τοῦ πράξαντος αὐτοῦ, τὸ πεπραγμένον οὐ δυνάμενος ψέγειν (ὥσπερ οἱ τὸν ὑπὸ Θήβης Ἀλεξάνδρου τοῦ τυράννου φόνον, οὐ μεγαλονοίας οὐδὲ μισοπονηρίας, ζήλου δέ τινος ἔργον καὶ πάθους γυναικείου τιθέμενος· καὶ Κάτωνα λέγοντες, ἑαυτὸν ἀνελεῖν, δείσαντα τὸν μετ' αἰκίας θάνατον ὑπὸ Καίσαρος) εὔδηλον ὅτι φθόνου καὶ κακονοίας ὑπερβολὴν οὐ λέλοιπε“ Wyttenbachius ll. p. 80. seqq. Honorem justum ac debitum Pericli restituit Meinersius quoque Geschichte der Wissenschaft etc. T. I. p. 235. ss. quem laudat Wachsmuth. hell. Alterthumsk. T. I. 2. p. 121. cf. C. F. Hermanni Handbuch. §. 159. 1. seqq. et §. 165. 1. —

Egestani atque Leontini, hi a Syracusanis, illi a Selinuntiis bello pressi, Atheniensium petierunt societatem, illosque et precibus et fraude ad opem sibi ferendam induxerunt. Quod cum non temere suscipiendum esse viderent Athenienses, Alcibiadem, Niciam et Lamachum summos duces classi maximae praeficiunt; pedestrem comparant exercitum, quantum numquam ulla Graeciae civitas emiserat. Ac de classe quidem id fere 30
inter omnes convenit, fuisse eam 136 navium: militum vero alium DIODORUS recenset numerum, alium PLUTARCHUS: nam secundum DIODORUM SIC. L. XIII. c. 2. p. 543. fuerunt in exercitu Attico ὁπλῖται καὶ σφενδονῆται πρὸς δὲ τούτοις ἱππεῖς καὶ τῶν συμμάχων πλείους τῶν ἑπτακισχιλίων· at PLUTARCHUS in *Alcibiade* p. 201. B. [ubi vide BAEHR. p. 172.] enumerat ὁπλίτας πεντακισχιλίους καὶ ἑκατὸν, τοξότας δὲ καὶ σφενδονήτας καὶ ψιλοὺς περὶ τριακοσίους καὶ χιλίους· qui simul faciunt sexies mille et quadringentos. Hocce tamen discrimen facile poterimus componere, si fontem adierimus, unde illi sua hauserunt: est autem fons iste THUCYDIDES, qui L. VI. c. 43. dicit Athenienses a Corcyra esse profectos navibus, quot diximus, ὁπλίταις δὲ τοῖς ξύμπασιν ἑκατὸν καὶ πεντακισχιλίοις, καὶ τούτων Ἀθηναίων μὲν αὐτῶν ἦσαν πεντακόσιοι μὲν καὶ χίλιοι ἐκ καταλόγου, ἑπτακόσιοι δὲ θῆτες ἐπιβάται τῶν νεῶν, ξύμμαχοι δὲ οἱ ἄλλοι ξυνεστράτευον, οἱ μὲν τῶν ὑπηκόων, οἱ δ' Ἀργείων πεντακόσιοι, καὶ Μαντινέων καὶ μισθοφόρων πεντήκοντα καὶ διακόσιοι· τοξόταις δὲ τοῖς πᾶσιν ὀγδοήκοντα καὶ τετρακοσίοις κ. τ. λ. Verba καὶ τούτων et seqq. manifesto Parenthesin faciunt: hanc Diodorus conclusit in verbis ἐπιβάται τῶν νεῶν, ut caeteri qui recensentur illis 5100 non contineantur: Plutarchus demum in verbis πεντήκοντα καὶ διακόσιοι, qui et Argi- 31
vos et reliquos illo numero comprehendit; cujus equidem rationi calculum adjicio, cum quia dicit Thucydides fuisse gravis armaturae τοὺς ξύμπαντας 5100, tum vero quod in sequentibus τοξόταις δὲ caet. iterum dativo utitur, quo et ante usus erat, quique pendet a praecedentibus ἄραντες ἐκ τῆς Κερκύρας; et, nisi ita locum capiamus, ordo verborum valde est perturbatus. Non diffiteor tamen neque sic locum Thucydidis satis videri expeditum, et putem in hos numeros vitium aliquod irrepsisse; illi enim quos singulatim recenset Thucydides, si simul computentur, nondum 3000 faciunt, et dicuntur a PLUTARCHO p. 200. E. Argivorum et Mantinensium adfuisse 1000 ὁπλῖται. At illud vitium sine codi

cum auctoritate non facile quis corrigat. — His autem deinde tantae accesserunt copiae, ut in ultima illa calamitate quadraginta millia Atheniensium et sociorum ceciderint. Vid. THUCYD. L. VII. c. 75. ISOCR. *de Pace* p. 176. §. 87. Conf. DIOD. SIC. L. XIII. c. 19. p. 558. ibique WESSELING.

Haec vero quum adpararetur in Siciliam expeditio, prius quam classis exiret, accidit ut una nocte omnes fere Hermae Athenis mutilarentur. Cujus rei quoniam frequentissima est et apud Andocidem, et apud reliquos
32 hujus aetatis scriptores mentio, operae pretium facturos nos existimamus, si ea, quae de illis collegimus, ad propositum nostrum accommodate exponamus.

Et primum quidem dicendum de forma Hermarum *), quos ex lapide quadrato fuisse factos, exsculpto solo capite et obscoenius expressa pudendorum imagine, uno fere omnium testimonio comprobatur. Vid. v. g. THUCYD. L. VI. c. 27. PAUSAN. *Arcad.* p. 666. et 681. Hinc HERMOCREON in Epigrammate, quod exstat ANTHOL. L. I. c. 3. Mercurium ipsum quadratum vocat:

Καὶ σὺ τετράγλωχιν μηλοσσοὲ Μαιάδος Ἑρμᾶ.

qui versus citatur etiam a SUIDA v. *Γλωχῖνας*, ad quae loca conf. Interpp. Huc respicit IUVENALIS Sat. VIII. v. 53.

— — — *at tu*
Nil nisi Cecropides truncoque simillimus Hermae:
Nullo quippe alio vincis discrimine, quam quod
Illi marmoreum caput est, tua vivit imago.

Ubi haec notat vetus Scholiasta [p. 314. ed. Cramer.]: *Hermae effigies aeneae aut marmoreae sine manibus, quales videmus in circo. Hermas Athenienses ante januas pro religione positos habuere.* Hujus rei alii aliam reddunt rationem: CORNUTUS *de Nat. Deor.* c. 16.
33 *πλάττεται δὲ καὶ ἄχειρ, καὶ ἄπους, καὶ τετράγωνος τῷ σχήματι ὁ Ἑρμῆς· τετράγωνος μὲν, τῷ τὸ ἑδραῖον τε καὶ ἀσφαλὲς ἔχειν, ὥστε καὶ τὰς πτώσεις αὐτοῦ βάσιν εἶναι· ἄχειρ δὲ καὶ ἄπους, ἐπεὶ οὔτε ποδῶν, οὔτε χει-*

*) Uberius de Hermis agunt MANSO Sparta Tom. II. p. 211. nota. CREUZERUS ad Cic. d. N. D. III. 22. p. 605. et praecipue A. WESTERMANNUS in docta commentatione: de publicis Atheniensium honoribus ac praemiis, Lipsiae 1830. §. 7. p. 24. seqq.

ρῶν δεῖται πρὸς τὸ ἀνύειν τὸ προκείμενον αὐτῷ· οἱ δ'
ἀρχαῖοι τοὺς μὲν πρεσβυτέρους καὶ γεννῶντας τὸν Ἑρ-
μῆν (l. γενειῶντας τῶν Ἑρμῶν [sic jam Thomas Galeus
correxerat in editione sua],) ὀρθὰ ἐποίουν τὰ αἰδοῖα ἔχον-
τας· τοὺς δὲ νεωτέρους, καὶ λείους, καὶ ἀγενείους, παρ-
ειμένα· παριστάντες, ὅτι ἐν ταῖς (l. τοῖς) προβεβηκόσι
ταῖς ἡλικίαις γόνιμος ὁ λόγος καὶ τέλειός ἐστιν· ὅς δὴ
καὶ τυχὼν τῷ ὄντι ἐστὶ, τυγχάνων ὧν ἂν πρόθηται· ἐν
δὲ τοῖς ἀώροις, ἄγονος καὶ ἀτελής. PLUTARCHUS in
Op. *an Seni gerenda sit Respubl.* Opp. T. II. p. 797. F.
διὸ καὶ τῶν Ἑρμῶν τοὺς πρεσβυτέρους ἄχειρας καὶ ἄπο-
δας ἐντεταμένους δὲ τοῖς μορίοις δημιουργοῦσιν, αἰνιτ-
τόμενοι τῶν γερόντων ἐλάχιστα δεῖσθαι (τὰς πόλεις aut
τὰ πράγματα deesse censet WYTTENBACHIUS Vir.
Clar.) διὰ τοῦ σώματος ἐνεργούντων, ἐὰν τὸν λόγον ἐνερ-
γὸν, ὡς προσήκει, καὶ γόνιμον ἔχωσιν. Ex hisce COR-
NUTI et PLUTARCHI atque HERODOTI loco infra all-
ducta videtur EUSTATHII adnotatio ad Il. Φ. p. 1249.
v. 8. διὸ καὶ οἱ Πελασγοὶ κατὰ τὴν ἱστορίαν ἐντεταμέ-
νον τὸν Ἑρμῆν, ἤτοι ὀρθιάζοντα ἱδρύονται· καὶ μάλι-
στα τοὺς γέροντας Ἑρμᾶς γλύφουσι τοιούτους, διὰ τὴν
ἐν ἄλλοις λεγομένην ἀλληγορικὴν αἰτίαν, ἥπερ ἐστὶ τὸ, 34
τοὺς λογίους μάλιστα γέροντας γονιμωτέρους εἶναι τῶν
ἔτι νεαζόντων καὶ οὔπω χρόνον ἐπιστημόνων (f. l. διὰ
χρόνον ἐπιστημόνων). Aliter MACROBIUS *Saturn.* L. I.
c. 19. qui obscoeniori illa virilium et quadrata Herma-
rum forma significari putat, *solem mundi esse caput et
rerum satorem, omnemque vim ejus non in quodam di-
visorum ministerio membrorum, sed in sola mente con-
sistere, cujus sedes in capite est.* At CICERO *de N.
D.* L. III. c. 22. hanc reddit rationem: *Mercurius unus,
Coelo patre, Die matre natus; cujus obscoenius excita-
ta natura traditur, quod adspectu Proserpinae commo-
tus sit.* Morem hunc a Pelasgis originem traxisse,
tradit HERODOTUS L. II. c. 51. τοῦ δὲ Ἑρμέω
τὰ ἀγάλματα ὀρθὰ ἔχειν τὰ αἰδοῖα ποιεῦντες, οὐκ ἀπ'
Αἰγυπτίων μεμαθήκασι, ἀλλ' ἀπὸ Πελασγῶν· πρῶτοι μὲν
Ἑλλήνων ἁπάντων Ἀθηναῖοι παραλαβόντες, παρὰ δὲ
τούτων ὧλλοι. Vid. ad h. l. WESSELINGIUS. Figura
Hermarum quadrata, praeter ea quae modo ex CORNUTO
et PLUTARCHO attuli, ab aliis item varie explicatur.
FESTUS v. *Cyllenius* ita vocatum dicit Mercurium, *quod
omnem rem sermo sine manibus conficiat, quibus partibus
corporis qui careant*, κυλλοὺς *vocari, ideoque quadra-
tum eum fingi.* EUSTATHIUS quadratos fingi dicit Her-
mas, tum quod philosophia sit quadripertita, cujus au-

35 ctor et praeses sit Mercurius, tum propter multam ejus potestatem et officia diversa, *Comment. ad Il. Ω.* p. 1353. v. 2. Conf. L. G. GYRALDUS *Hist. Deor.* Synt. IX. p. 301. D. Veriorem rationem ex THEMISTIO profert DUKER. ad Thucyd. l. c. quod olim omnes statuae hanc formam habuerint *). Fuit autem hoc proprium prae caeteris Atheniensium, quod cum intelligitur ex THUCYD. *l. c.* εἰσὶ δὲ κατὰ τὸ ἐπιχώριον ἡ τετράγωνος ἐργασία: tum confirmatur ex PAUSANIA *Att.* p. 56. πρῶτοι μὲν γὰρ Ἀθηνᾶν ἐπωνόμασαν Ἐργάνην, πρῶτοι δ' ἀκώλους Ἑρμᾶς· *Messen.* p. 361. Ἀθηναίων γὰρ τὸ σχῆμα τὸ τετράγωνον ἐστὶν ἐπὶ τοῖς Ἑρμαῖς, καὶ παρὰ τούτων μεμαθήκασιν οἱ ἄλλοι. Narrat autem CLEMENS ALEX. *Protrept.* p. 47. ex eoque ARNOBIUS *adv. Gentes* L. VI. p. 198. sculptores Alcibiadis aequales Hermarum suorum facies ex illius vultu expressisse. Similis Hermae τετραγώνου erat forma manubrio instrumenti, cui stuppas circumvolvebant, quodque γέρων dicebatur, de quo vid. POLLUX *Onom.* L. VII. s. 73. Imagines nonnullas Hermarum antiquorum videre licet apud SPONIUM *Miscell. Erud. Antiq.* p. 9. et 10. ubi conf. quae notavit V. D.

Ejusmodi igitur Hermae innumeri fere Athenis conspiciebantur, quorum partim in privatorum atriis, partim
36 publice erant consecrati: v. THUCYD. *l. c.* DIOD. SIC. L. XIII. c. 2. PLUTARCH. in *Alcib.* p. 200. c. Ut ab eorum multitudine porticus quaedam in foro nomen τῶν Ἑρμῶν, vel Ἑρμῶν στοᾶς acceperit, cujus meminit LYSIAS *in Pancleon.* §. 3. XENOPHON *Hipparch.* c. 3. §. 2. AESCHINES *adv. Ctesiph.* §. 183. De hac por-

*) „Ex quo efficitur, inquit WESTERMANNUS l. l. p. 24., vocabulum Ἑρμῆς aut (cognatum c. gr. ἕρμα, ἕρμας, ἕρμαξ) communem omnium earum imaginum fuisse significationem, quarum pars inferior non in pedes, sed in truncum quadratum exibat, aut, quod multo veri est similius, eo demum tempore usurpari coeptum esse, quo non aliae amplius nisi Mercurii imagines hac ratione effingebantur. Nam non assequor eorum cogitationem, qui Mercurio omnium Deorum primo, ut formam quadratam haberet, contigisse augurantur. Sed postmodo quoque Hermae fieri non desierunt, tum quod artifices in imitandis operibus interdum sibi placuere (ut Arcades v. Paus. VIII, 48, 4), tum quod ita eorum usus increbuerat, ut eis et privati homines tamquam pietatis et totae gentes tamquam rerum gestarum monumentis uterentur. Nec mirum istam formam Mercurium imprimis sibi vindicasse, quippe quem viarum et locorum publicorum curatorem esse volebant." — —

ticu HARPOCRATION v. Ἑρμαῖ ex Callistrati opere περὶ Ἀθηνῶν hunc locum excerpsit. Ἀπὸ γὰρ τῆς ποικίλης, καὶ τῆς τοῦ βασιλέως στοᾶς, [vide *Interprett.* ad Platonis Euthyphr. 1.] εἰσὶν οἱ Ἑρμαῖ καλούμενοι· διὰ γὰρ τὸ πολλοὺς κεῖσθαι καὶ ὑπὸ ἰδιωτῶν καὶ ἀρχόντων, ταύτην εἰληφέναι τὴν προσηγορίαν συμβέβηκεν· ἐφ᾿ ἑνὸς δὲ αὐτῶν ἐπιγέγραπται γράμμασιν ἀρχαίοις·

Ἀντ᾿ εὐεργεσίης Ἀγαμέμνονα δῆσαν Ἀχαιοί.

addit Harpocration ὅτι δὲ καὶ Θρακῶν στοά τις ἐλέγετο, δεδήλωκε καὶ Ἀντιφῶν ἐν τῷ πρὸς Νικοκλέα. Quid huc faciat Θρακῶν στοά, de qua haud memini me alibi legere, equidem non intelligo: certissime legendum est Ἑρμῶν στοά. Poecilen et Regiam Porticum in foro fuisse, res est satis cognita, et docet VALESIUS *ad h. l.* Fragmentum autem illud Callistrati mutilum descripsit SUIDAS v. Ἑρμαῖ. Plura de Hermarum P. ticu vid. apud MEURSIUM *Attic. Lect.* L. VI. c. 18. et *Athen. Att.* L. I. c. 3. qui, licet immensae vir eruditionis, male tamen intellexit locum ANDOCIDIS *de Myst.* §. 35. Τεῦκρος ἐπὶ τοῖς Ἑρμαῖς ἐμήνυσεν Εὐκτήμονα κ. τ. λ. *Teucer facinoris erga Hermas commissi accusavit Euctemonem* caet., cujus ille hanc potestatem esse credidit *Teucer, qui in Hermis vel ad Hermas habitat, accusavit Euctemonem.* 37

Hermae complures dedicati erant in Gymnasio Ptolemaeo, de quibus PAUSANIAS in *Atticis* p. 39. ἐν δὲ τῷ γυμνασίῳ τῆς ἀγορᾶς ἀπέχοντι οὐ πολύ, Πτολεμαίου δὲ ἀπὸ τοῦ κατεσκευασμένου καλουμένῳ, λίθοι τε (l. λίθου τε, conf. ll. Paus. infra all.) εἰσὶν Ἑρμαῖ θέας ἄξιοι, καὶ εἰκὼν Πτολεμαίου χαλκῆ. De Gymnasio Ptolemaeo et Hermis ibi consecratis vid. MEURS. *Ath. Att.* L. I. c. 6.

Erant quoque sparsi per urbem et pagos Atticos Hermae, quos Hipparchus Pisistrati filiorum natu maximus erigi curaverat, inscriptis versibus Elegiacis, qui ad disciplinam morum pertinerent, ut, saepius legendo, praestantissimis praeceptis animi civium imbuerentur atque ad humanitatem omnesque virtutes conformarentur: de his egregius est locus PLATONIS in *Hipparcho* T. II. p. 228. seq. edit. Steph. ubi duas ejusmodi Inscriptiones habet: altera est:

Μνῆμα τόδ᾿ Ἱππάρχου; στεῖχε δίκαια φρονῶν.

38 quae exstat quoque apud STOBAEUM Serm. IX, 24. Tom. I. p. 205. ed. Lips.; altera:

Μνῆμα τόδ' Ἱππάρχου, μὴ φίλον ἐξαπάτα.

Conf. HARPOCRAT. et SUIDAS v. *Ἑρμαῖ*, HESYCH. v. *Ἱππαρχεῖοι Ἑρμαῖ*, MEURSIUS in *Pisistrato* c. 12. et *Attic. Lect.* L. V. c. 6. VALESIUS in *Maussac. ad Harpocr.* p. 468. T. II. edit. Lips.

Caeterum Hermae publica auctoritate consecrati, quos credibile est et majores fuisse et elegantiores iis, quos privati homines dedicaverant, praeter illos quos diximus, hi fere apud veteres memorantur.

Andocidis Hermes ab Aegeide Tribu dedicatus ad aedem Phorbantis prope domum Andocidis, quem inter insigniores collocat PLUTARCHUS in *Alcib.* p. 201. F. Vid. de eo ANDOC. *de Myst.* §. 62. Grammatici v. *Ἀνδοκίδου Ἑρμῆς*, eorumque Interpretes, VAN STAVEREN *ad Nep. Alcib.* c. 3. §. 2. F. G. FREYTAG in *Orat. Gr. Decade* p. 15. seqq. et quae ad finem h. Cap. dicemus.

Ἑρμῆς ὁ πρὸς τῇ πυλίδι apud DEMOSTH. *in Euergum* p. 1146. R. §. 26. quorsum pertinet HARPOCRATIONIS nota v. *Πρὸς τῇ πυλίδι Ἑρμῆς. Φιλόχορος ἐν τῷ πέμπτῳ Ἀτθίδος, φησὶ περὶ τοῦ πρὸς τῇ πυλίδι*
39 *Ἑρμοῦ· ὡς ἀρξάμενοι τειχίζειν τὸν Πειραιᾶ οἱ ἐννέα ἄρχοντες, τοῦτον ἀναθέντες, ἐπέγραψαν·*

Ἀρξάμενοι πρῶτοι τειχίζειν τόνδ' ἀνέθηκαν,
Βουλῆς καὶ δήμου δόγμασι πειθόμενοι.

quam notam descripsit SUIDAS eod. Tit. cujus scriptura ad Harpocrationis normam videtur exigenda. [cf. Schaeferi Apparat. T. V. p. 225.]

Ἑρμῆς Ψιθυριστὴς sive *Susurro* inter hos etiam videtur referendus: mentio illius est apud DEMOSTH. in *Neaeram* p. 1358. R. §. 39. HARPOCRAT. et SUIDAM v. *Ψιθυριστὴς Ἑρμῆς*. Fuit haec fortasse statua elaborata; certe insignem quemdam fuisse Hermen, inde est manifestum, quod Demosthenes domum ab eo designat. Conf. de hoc Mercurio *Ψιθυριστῇ* vel *Ψιθύρῳ* L. G. GYRALDUS *Hist. D.* Synt. IX. p. 307. E. MEURS. *Att. Lect.* L. IV. c. 12. [cf. Bekkeri Anecdota T. I. p. 317.]

Ἑρμοῦ Ἀγοραίου, ut lucri et mercaturae praesidis, in Poecile porticu affabre facta ex aere statua erat conse-

crata, quam statuarii pice et cera solebant exprimere. LUCIANUS in *Jove Tragoedo* c. 33. *ἀλλὰ τίς ὁ σπουδῇ προσιὼν οὗτός ἐστιν, ὁ χαλκοῦς, ὁ εὔγραμμος, ὁ εὐεπίγραφος, ὁ ἀρχαῖος τὴν ἀνάδεσιν τῆς κόμης; μᾶλλον δὲ ὁ σὸς, ὦ Ἑρμῆ, ἀδελφός ἐστιν, ὁ ἀγοραῖος, ὁ παρὰ τὴν Ποικίλην· πίττης γοῦν ἀναπέπλησται, ὁσημέραι ἐκματτόμενος ὑπὸ τῶν ἀνδριαντοποιῶν.* Inducitur paullo post Mercurius ita loquens: 40

Ἐτύγχανον μὲν ἄρτι χαλκουργῶν ὕπο
Πιττούμενος στέρνον τε καὶ μετάφρενον·
Θώραξ δέ μοι γέλοιος, ἀμφὶ σώματι
Πλασθεὶς, παρῃώρητο μιμηλῇ τέχνῃ,
Σφραγῖδα χαλκοῦ πᾶσαν ἐντυπούμενος.

Conf. SCHOL. *Aristoph. Equit.* 297. HESYCH. v. *Ἀγοραῖος* ibique Interpp. GYRALD. d. l. p. 304. B. MEURS. *Ath. Att.* L. I. c. 5. *de Archont.* L. IV. c. 20. VALES. *ad Harpocr.* v. *Ἑρμαῖ.* Tom. II. p. 317. ed. Lips. [cf. BEKKERI Anecdota T. I. p. 327. et 339.]

Ἑρμῆς ὁ ἐπ' Αἰγέως πύλαις: de illo haec prodit PLUTARCHUS in *Theseo* p. 5. E. *λέγεται δὲ, τῆς κύλικος πεσούσης, ἐκχυθῆναι τὸ φάρμακον, ὅπου νῦν ἐν Δελφινίῳ τὸ περίφρακτόν ἐστιν· ἐνταῦθα γὰρ ὁ Αἰγεὺς ᾤκει· καὶ τὸν Ἑρμῆν, τὸν πρὸς ἕω τοῦ ἱεροῦ, καλοῦσιν ἐπ' Αἰγέως πύλαις.*

Ἑρμῆς Ἡγημόνιος oraculi jussu ab Atheniensibus fuit consecratus, teste SCHOL. *Aristoph. ad Plutum* v. 1160.

Ἑρμῆς Προπυλαῖος in ipso arcis ingressu cum Gratiarum simulacris erat positus, Socratis opus. Vid. PAUSAN. *Att.* p. 53. MEURS. in *Cecropia* c. 7. et *Att. Lect.* L. VI. c. 33.

Ἑρμῆς Ἀμύητος item in arce erat dedicatus. Vid. HESYCH. h. v. ibique Interpp. CLEMENS ALEX. *Protrept.* p. 81. GYRALDUS d. l. pag. 302. D. MEURS. in *Cecropia* c. 28. et *Lect. Att.* l. c. 41

Praeterea in Minervae Poliadis templo in arce ligneum Mercurii simulacrum sub myrti ramis conspiciebatur, qui a Cecrope credebatur consecratus, ut auctor est PAUSANIAS in *Att.* p. 69.

In viis publicis, maxime in biviis et triviis, Hermae ponebantur, quorum Inscriptiones, quorsum quaeque via duceret, viatoribus indicarent; qualem Athenis a Patroclide fuisse dedicatum docet HARPOCRATION: *Τρικέ-*

φαλος ὁ Ἑρμῆς, ὥσπερ διδάσκων τὰς ὁδοὺς καὶ ἔχων ὑπογραφὴν, ποῦ μὲν αὕτη φέρει ἡ ὁδὸς, ποῦ (l. *ποῖ — ποῖ*) *δ' ἐκείνη· ἴσως δὲ πρὸς ἑκάστην ὁδὸν κεφαλὴν εἶχεν· ἔστιν δὲ ὁ ἀναθεὶς τὸν Τρικέφαλον Ἑρμῆν* (*ὡς Φιλόχορός φησιν ἐν τρίτῃ*) *Πατροκλείδης Ἱππάρχου ἐραστὴς κ. τ. λ.* Ad finem vero illius adnotationis Codex Mediceus, teste ad h. l. [p. 294. ed. Lips.] GRONOVIO, haec addit: *τοῦτον δὲ φησὶ Φιλόχορος ἐν τρίτῃ Εὐκλείδην ἀναθεῖναι ἀγκύλῃσι,* quae ex vitiosa scriptura ejusdem loci, qui in vulgatis Harpocrationis Edd. citatur, depravata esse videntur *). De Mercurio Tricipite conf. GYRALDUS l. c. p. 302. B. MEURS. *Ath. Att.* L. III. c.
42 8. et EZ. SPANHEMIUS *ad Callimachi H. in Dian.* v. 69. p. 211. EUSTATHIUS vero *ad Od. Δ.* p. 150. v. 62. hic iterum allegoricum quid subesse credit: *Ἑρμῆς ὁ Τρικέφαλος ἄλλως τὸ τριττὸν τοῦ φιλοσόφου λόγου αἰνίττεται.* In Ceramico Hermes quadriceps erat, et in trivio quidem, ut HESYCHIUS testatur v. *Ἑρμῆς Τρικέφαλος*; illum forte cogitavit LUCIANUS in *Jove Tragoedo* c. 43. *οἷοί εἰσι τῶν Ἑρμῶν ἔνιοι, διττοὶ καὶ ἀμφοτέρωθεν ὅμοιοι, πρὸς ὁπότερον ἂν αὐτῶν μέρος ἐπιστραφήσῃ·* EUSTATHIUS *ad Il. Ω.* p. 1353. *δηλοῖ δὲ τὰ κατὰ τὸν Ἑρμῆν καὶ ὁ γράψας οὕτω ῥήτωρ· Ἑρμῆς τετρακέφαλος ἐν Κεραμεικῷ Τελεσαρχίδου ἔργον, ᾧ ἐπεγέγραπτο·*

Ἑρμῆ τετρακέφαλε καλὸν Τελεσαρχίδου ἔργον,
Πάνθ' ὁρᾷς. —

ut metrum constet legendum videtur *τετρακάρηνε* **): sic HESIOD. *Theog.* v. 287.

---

*) Minime. Eundem Harpocrationis locum e MS. Vaticano [est quoque in Cod. Vrastisl.] citat BASTIUS in Epist. crit. p. 57. docens auctoribus Alciphrone III., 43. et Lex. rhet. Sangermanensi MS. [cf. BEKKERI Anecdota T. I. p. 338.] Ἀγκύλην fuisse pagum Atticum „WYTTENB. l. l. p. 86. vide GROTEFEND de demis p. 16. et Arcadius de accentu p. 109.: Τὸ μέντοι Ἀγκυλὴ καὶ Ἀγρυλὴ ὀνόματα δήμων ὀξύνονται.

**) Non est cur scribatur. Legendum est τετρακέφαλλε PHRYNICHUS apud BEKK. Anecd. T. I. p. 49: Κυνοκέφαλος· διὰ τῶν δυοῖν λ οἱ Ἀττικοί. PHOTIUS p. 188. 11. PORS. Κυνοκέφαλον· ἐν τοῖς δύο λλ λέγουσιν· οὕτως Ἀριστοφάνης [Equites 414.] EUBULUS apud ATHEN. X p. 450: Μὴ πρόστομος ἀμ-

Χρυσάωρ δ' ἔτεκε τρικάρηνον Γηρυονῆα.

PINDARUS *Pyth. Od.* I. v. 31. *Τύφως ἑκατογκάρανος.* Ab hac viarum custodia dictus est Mercurius *Ὅδιος* et *Ἐνόδιος.* Vid. CORNUTUS *de Nat. Deor.* c. 16. p. 168. et GYRALD. l. c. p. 306. D. [cf. INTERPRETES ad Theocrit. Idyll. XXV. 4. p. 658 ed. Kiessl.]

Erat autem hic mos non Atheniensibus tantum, sed aliis quoque Graeciae civitatibus cognitus. Certe in Ar- 43
givorum ac Tegeatarum finibus, terminorum loco, Hermas fuisse positos, auctor est PAUSANIAS in fine *Corinthiacorum* p. 202. *ἀνατείνει δὲ ὑπὲρ τὰς κώμας ὄρος Παρθένιον, καὶ Λακεδαιμονίων ἐπ' αὐτοῦ πρὸς Ἀργείους ὅροι καὶ Τεγεάτας εἰσίν· ἑστήκασι δὲ ἐπὶ τοῖς ὅροις Ἑρμαῖ λίθου καὶ τοῦ χωρίου τοῦτο τὸ ὄνομα.* Verba emendatius descripsi quam in editis leguntur, in quibus pro *Παρθένιον* scriptum exstat *παρ' ὅ*, quae scriptura quatuor priores literas verae lectionis continet, cum *Ο* et *Θ* saepe in MSS. permutari soleant. Et sane fuisse in Parthenio monte terminos Argivorum et Tegeatarum docemur ab eodem PAUSANIA in *Arcad.* c. 6. p. 610. *εἰσὶν οὖν ἐς Ἀρκαδίαν ἐσβολαὶ κατὰ τὴν Ἀργείαν πρὸς μὲν Ὑσιῶν καὶ κατὰ τὸ ὄρος τὸ Παρθένιον ἐς τὴν Τεγεατικήν*, et c. 54. p. 710. *ὑπερβάλλοντι δὲ τὴν κορυφὴν τοῦ ὄρους* (Parthenii) *ἐστὶν ἐν τοῖς ἤδη γεωργουμένοις Τεγεατῶν ὅροι καὶ Ἀργείων, καθ' ἃ καὶ ἐν τῇ κατὰ Ὑσιὰς ἐν Ἀργολίδι.* Per ὄρος quoque *Παρθένιον, τὸ ὑπὲρ Τεγέης*, Athenis Lacedaemonem iter fecit Phidippides cursor, ut est apud HEROD. L. VI. c. 105. add. CELLARIUS *Geogr. Ant.* T. I. p. 992. Si tamen vera sit et germana lectio eorum quae sequuntur apud Pausaniam: *ἔστι δὲ ἀπ' αὐτῶν ποταμὸς καλούμενος Τάνος· εἷς γὰρ δὴ οὗτος ἐκ τοῦ Πάρνωνος κάτεισι ῥέων διὰ τῆς Ἀργείας, καὶ ἐκδίδωσιν ἐς τὸν Θυρεάτην* 44
κόλπον: haec, inquam, lectio si vera sit, ut Parno mons idem qui Parthenius, vel cacumen aut locus quidam in illo monte fuerit, forte in Sylburgiana conjectura acquiescere possimus, legentis: *ὄρος Πάρνων*: vel *ἐκ τοῦ Πάρ-*

φικέφαλλος. HESIOD. THEOG. v. 312. Πεντηκοντακέφαλλον ἀναιδέα τε κρατερόν τε et v. 287. Χρυσάωρ δ' ἔτικτε τρικέφαλλον Γηρυονῆα. ORPHEUS ARGONAUT. v. 974. Τρισσοκέφαλλος ἰδεῖν ὀλοὸν τέρας οὔτε δαητόν. Quos locos debeo viro cuidam mihi amicissimo.

νωνος etiam mutandum in ἐκ τοῦ Παρθενίου. Tanum fluvium in Argivorum Lacedaemoniorumque finibus fuisse, docet quoque EURIPIDES in *Electra* v. 410.

> Ὃς ἀμφὶ ποταμὸν Τανὸν, Ἀργείας ὅρους
> Τέμνοντα γαίας, Σπαρτιάτιδός τε γῆς,
> Ποιμναῖς ὁμαρτεῖ, πόλεως ἐκβεβλημένος.

In illo vero Pausaniae loco post χωρίον inserui τοῦτο, quod et sententia requirit, cum huic loco nomen fuisse Ἑρμῶν appareat ex initio Libri sequentis seu *Laconicorum*, μετὰ δὲ τοὺς Ἑρμᾶς ἐστιν ἡ Λακωνικὴ τὰ πρὸς ἑσπέρας: et facile potuit excidere propter similitudinem literarum et praecedentium et sequentium.

Solebant quoque praetereuntes viatores statuis Mercurialibus lapidem singuli adjicere, vel etiam lapidum acervis, quos alii illa via iter facientes accumulaverant; quales acervi Ἑρμαῖοι λόφοι vel Ἑρμαῖα dicebantur. Vid. CORNUTUS *d. l.* p. 168. seq. HESYCH. v. Ἑρμαῖος λόφος. ETYM. M. v. Ἑρμαῖον: (qui locus diligentius comparandus est cum SCHOL. *Homeri* ad finem
45 *Od. Π.*) et GYRALD. *l. c.* p. 298. F. Hinc cum apud DIONEM CHRYSOST. p. 655. C. legeretur ἕρματα λίθων, egregie ibi Ἑρμαῖα correxit ISAAC. CASAUB. *Diatr. in Dion.* c. 66. quae nota omnino est conferenda. Quin et in locis deviis Hermae ponebantur, quod ibi maxime Mercurius colendus videbatur: vid. CORNUT. d. l. nempe quod in illis praecipue locis errantes ejus auxilio indigerent, ut se in viam reduceret.

Antiquiori tempore Hermae sepulcris imponebantur, priusquam id Lege vetitum fuit Athenis. CICERO *de Legibus* L. II. c. 26. *Sed post aliquanto, propter has amplitudines sepulcrorum, quas in Ceramico videmus, lege sanctum est,* NE QUIS SEPULCRUM FACERET OPEROSIUS, QUAM QUOD DECEM HOMINES EFFECERINT TRIDUO. *Neque id opere textorio* [scr. tectorio WYTTENB.] *exornari, nec Hermas hos, quos vocant, licebat imponi*: de qua lege agit PETITUS *Comment. ad Leges Att.* L. VI. T. 8. p. 596. seq. Exemplum Hermae sepulcro impositi prodit PAUSANIAS in *Phoc.* p. 827. ubi servavit Epitaphium inscriptum Herophilae Sibyllae tumulo, qui in Apollinis Sminthei luco in Troade erat exstructus:

> 46 Ἁ δ' ἐγὼ ἃ Φοίβοιο σαφηγορὶς εἰμὶ Σίβυλλα,
> Τῷδ' ὑπὸ λαϊνέῳ σάματι κευθομένα·

Πάρθενος αὐδάεσσα τὸ πρὶν, νῦν δ᾽ αἰὲν ἄναυδος,
Μοῖρα ὑπὸ στιβαρῇ τήνδε λαχοῦσα πέδην·
Ἀλλὰ πέλας Νύμφαισι καὶ Ἑρμῇ τῷδ᾽ ὑπόκειμαι,
Μοῖραν ἔχουσ᾽ Ἑκάτῳ τῆς τότ᾽ ἀνακτορίης.

addit Pausanias: *ὁ μὲν δὴ παρὰ τὸ μνῆμα ἕστηκεν Ἑρμῆς τετράγωνον σχῆμα.*

Praestantium denique virorum laudes aliaque Epigrammata Hermis inscribi solebant: vid. DEMOSTH. *in Leptin.* p. 485. R. §. 93. seq. ibique ULPIANUS: quorum tria exempla habet AESCHINES *in Ctesiph.* §. 184. eademque PLUTARCHUS in *Cimone* p. 482. E. [vide praecipue Westermannum l. c.]

Ab his autem Hermis multum et magnitudine et elegantia operis illi distabant, quos multi Atheniensium ante fores aedium et in atriis constitutos habebant, qui limen atque introitum servarent, furesque inde abigerent: unde Mercurio *στροφαίου* nomen venisse Grammaticorum plerique tradunt. Certe apud ARISTOPH. in *Pluto* v. 1154. Mercurius haecce rogans inducitur:

Παρὰ τὴν θύραν στροφαῖον ἱδρύσασθέ με.

ad quem locum duplicem interpretationem exhibent *Scholia*: *στροφαῖον ἐπὶ ἀποτροπῇ τῶν ἄλλων κλεπτῶν — στροφαῖος παρὰ τὸ στρέφεσθαι καὶ πανουργεῖν — στροφαῖον ἐπεὶ στροφαὶ λέγονται καὶ οἱ συμπεπλεγμένοι καὶ δολεροὶ λόγοι· στροφαῖον δὲ ἐκάλουν ἱδρυμένον παρὰ τῇ θύρᾳ τὸν δαίμονα· ἅμα δὲ παρὰ τὸ στρέφειν τὰ πράγματα· οἱ δὲ τοῦτο ποιοῦντες πανουργοί· ἐπωνυμία δὲ τοῦτο Ἑρμοῦ, παρὰ τὸ ἐν ταῖς θύραις ἵδρυσθαι* (ita leg. ex Suida) *ἐπὶ ἀποτροπῇ τῶν ἄλλων κλεπτῶν κ. τ. λ.* Quae iisdem fere verbis, ut assolet, descripta sunt apud SUIDAM v. *στροφαῖος*: et quibuscum consentit Grammaticus antiquus apud EUSTATHIUM *ad Il. Ω.* p. 1353. v. 9. HESYCHIUS vero et ETYMOL. M. Mercurium *στροφαῖον* dictum tantum volunt *τὸν παρὰ στρόφιγγι τῆς θύρας ἱδρύμενον.* Et sane fuisse Mercurium ad fores et in atriis constitutum cum ex ARISTOPH. l. c. aliisque Veterum locis apparet, tum ex LUCIANO in *Votis* c. 20. *ἀνορωρύχθω θησαυρὸς ὑπὸ τὸν Ἑρμῆν τὸν λίθινον, ὅς ἐστιν ἡμῖν ἐν τῇ αὐλῇ*: et AELIANO *V. H.* L. II. c. 41. *καὶ τὸν στέφανον λαβὼν, ὅτε ἐπανῄει μετὰ τὸ δεῖπνον, τῷ Ἑρμῇ τῷ πρὸ τῶν θυρῶν ἑστῶτι ἐπέθηκεν αὐτὸν κατὰ τὸ ἔθος τῶν ἔμπροσθεν ἡμερῶν.* Conf. L. G. GYRALDUS l. c. p. 303. C. IOS. LAU-

RENTII *Varia Sacra Gentilium* c. 8. in *Thes.* GRONOVII T. VII. *Interpp.* ad d. l. *Aeliani*, EZ. SPANHEMIUS *ad Callim. H. in Dian.* v. 142. p. 276. seq. HEMSTERHUIS *ad Schol. Aristoph. d. l. et ad Polluc. Onomast.* L. VIII. s. 72.

48 Attamen illud janitoris munus non proprium et peculiare erat Mercurio, sed cum Apolline et Hecate commune. CLEMENS ALEX. *Protrept.* p. 44. Ἑρμῆν προσκυνοῦσιν ὡς θεὸν καὶ τὸν Ἀγυιέα θυρωρὸν ἱστάντες. Unde POLYNICES ille EURIPIDEUS in *Phoen.* v. 634.

Καὶ σὺ Φοῖβ' ἄναξ Ἀγυιεῦ καὶ μέλαθρα χαίρετε:

ubi SCHOL. ἐν τοῖς προπυλαίοις καὶ οἰκήμασιν ἱδρύμενε, ὅτι τὸν Ἀγυιᾶ πρὸ πυλῶν ἵστασαν· κίων δὲ οὗτος ἦν εἰς ὀξὺ λήγων· ARISTOPH. *Vesp.* v. 870.

Ὦ δεσπότ' ἄναξ γεῖτον Ἀγυιεῦ τοῦ 'μοῦ προθύρου
προὸς πύλας. (l. πρὸ πυλάων cum FLOR. CHRIST.).

spurcior est ejusdem in *Thesmophoriazusis* locus v. 494. seqq.

Ἐγὼ δὲ καταχέασα τοῦ στροφέως ὕδωρ,
Ἐξῆλθον ὡς τὸν μοῖχον· εἶτ' ἠρειδόμην
Παρὰ τὸν Ἀγυιᾶ, κύβδ' ἐχομένη τῆς δάφνης.

HESYCHIUS quoque ait Ἀγυιεύς· ὁ πρὸ τῶν θυρῶν ἑστὼς βωμὸς ἐν σχήματι κίονος, et v. Προστατήριος· τὸν Ἀπόλλωνα οὕτω λέγουσι, παρόσον πρὸ τῶν θυρῶν αὐτὸν ἀφιδρύοντο. De hisce Ἀγυιέως Apollinis aris plura vid. apud HARPOCRAT. et STEPH. BYZANT. v.
49 Ἀγυιά. SCHOL. *Aristoph. ad Vespas* l. c. et SUIDAM v. Ἀγυιαί. SCHOL. *Horatii* L. IV. Od. 6. v. 28. STANLEIUM *ad Aeschyli Agam.* v. 1090. BARNESIUM *ad Eurip. Ion.* v. 186. VALCKENAER. *ad Phoen.* l. c. et Interpp. HESYCHII ll. cc. et POLLUCIS *ad* L. IV. s. 123. Hecates sacella frequentia fuisse in atriis Atheniensium apparet ex ARISTOPH. *Vesp.* v. 798. seqq.

Κἂν τοῖς προθύροις ἀνοικοδομήσει πᾶς ἀνὴρ,
Αὑτῷ δικαστηρίδιον μικρὸν πάνυ,
Ὥσπερ Ἑκάταιον, πανταχοῦ πρὸ τῶν θυρῶν.

SCHOL. Ἑκάταιον, ἱερὸν Ἑκάτης, ὡς τῶν Ἀθηναίων πανταχοῦ ἱδρυμένων αὐτὴν, ὡς ἔφορον πάντων, καὶ κουρότροφον. Unde dicta fuit προπύλα et προθυραῖα. HESYCH. Προπύλα, ἡ Ἑκάτη: ubi vid. Interpp. Conf. L. G. GYRALD. *Hist. Deor.* Synt. XII. p. 364. D. et EZ. SPANHEM. *ad Callim. H. in Dian.* v. 58. p. 196.

Hermarum vero istorum in atriis neque cura erat magna, neque veneratio, ut plerumque dedicarentur oblatis ollis, quae leguminibus vel pulte essent repletae; cum majora simulacra Deorum victimis caesis consecrari solerent. ARISTOPH. in *Pace* v. 922.

— — — ταύτην χύτραις ἱδρυτέον.
Χορ. Χύτραισιν, ὥσπερ μεμφόμενον Ἑρμίδιον;

ad quem locum consulendus omnino SCHOLIASTES. 50
Verum ex hac longiori digressione, quo me induxit jucundum Antiquitatis praesertim Atticae studium, in viam, id est, ad Andocidem et male mulctatos Hermas redeat oratio.

Non diu igitur ante classis exitum, uti diximus, Hermae fere omnes per urbem una nocte fuerunt mutilati, ut partes, quae exstarent, iis praeciderentur. Quod enim *dejectos* fuisse dicit NEPOS in *Alcib.* id reliquorum omnium repugnat auctorum testimoniis: semper enim Veteres, ubi de hoc facto loquuntur, vocant Ἑρμῶν περικοπήν: et diserte dicit THUCYDIDES L. VI. c. 27. περιεκόπησαν τὰ πρόσωπα: item PLUTARCHUS in *Alcib.* p. 200. C. [vide quos laudat BAEHR. p. 166.] τῶν πλείστων ἀκρωτηριασθέντων τὰ πρόσωπα. PAUSANIAS vero in *Lexico Attico* non tantum vultum illis fuisse praecisum dixit, sed addidit τοὺς τραχήλους καὶ τὰ αἰδοῖα, ut auctor est SCHOL. *Thucyd.* ad d. l. atque hoc jure possit colligi ex ARISTOPH. *Lysistr.* v. 1095. ubi legatos Lacedaemoniorum obscoenius ἐστυκότας senes Attici monent:

Εἰ σωφρονεῖτε θοἰμάτια λήψεσθ᾽, ὅπως
Τῶν Ἑρμοκοπιδῶν μή τις ὑμᾶς ὄψεται.

Conf. PALMER. *Exerc. in Auct. Gr.* p. 53. Per hanc vero erga Hermas violentiam, si unum excipias Alcibiadem, nemo Atheniensium Andocide magis est nobilitatus. 51
Quum enim illa nocte reliqui Hermae essent mutilati, solus fere is, qui ad aedem Phorbantis prope domum Andocidis ab Aegeïde Tribu erat dedicatus, illae-

sus et integer mansit, indeque Andocidis Hermes cognominatus est.* Vid. praeter ea quae supra diximus, AESCHINES c. Timarch. §. 125. PLUTARCH. in *Alcib.* p. 201. F. in *Nicia* p. 531. E. ubi illum ait κείμενον πρὸ τῆς τότε οὔσης Ἀνδοκίδου οἰκείας: (l. οἰκίας) ut misere erret Auctor *Orationis contra Andocidem*, qui LYSIAE nomen mentitus est: hic enim narrat §. 11. seqq. Andocidem accusasse quemdam, sive Archippum, sive Aristippum, ἀσεβεῖν περὶ τὸν Ἑρμῆν τὸν αὐτοῦ πατρῷον: ubi recte TAYLOR legit αὑτοῦ, quoniam illa defensione usus dicitur iste Aristippus: ἦ μὴν τὸν Ἑρμῆν ὑγιᾶ τε καὶ ὅλον εἶναι, καὶ μηδὲν παθεῖν ὥσπερ οἱ ἄλλοι Ἑρμαῖ: quod manifesto ad Hermen, Andocidis qui dicebatur, referendum est. Ac de Hermis quidem et eorum mutilatione haec pro nostro instituto dicta sufficiant: superest ut videamus, quam vim haec res habuerit, cum in rempublicam Atheniensium, tum in vitam atque fortunas Andocidis.

---

52 CAPUT TERTIUM.

Athenienses in bonos viros iniqui: praecisis Hermis libertati timebant. Emendatur PLUTARCHUS. Ζητηταί. *Psephismata de* μηνύτροις. *Accusatio de violatis Mysteriis.* ANDOCIDES et PLUTARCHUS *conciliantur. Polytion, Theodorus, Pythonicus, Androcles. Alcibiades fuga elapsus. Quae fuerint in hac accusatione partes Andocidis? Num patrem detulerit? Ipse de Mysteriis est accusatus. Emendatur* PSEUDO-PLUTARCHUS. *De Hermis inquisitio et accusationes. Teucer, Diocides. Tentatur* ANDOCIDIS *locus. Orator quos accusaverit? Rei exitus.*

In plerisque civitatibus liberis, ut quisque opibus, gloria, virtute maxime excellit, ita plurimis malorum hominum injuriis laeditur: quod vitium, si in ulla civitate, maxime certe dominatum est Athenis. Nulla enim

Graeciae urbs praestantiores virtute, ingenio, amore patriae tulit viros: nulla tot cives egregios vinculis, exilio, morte mulctavit. Cujus rei quamnam dicamus esse causam, nisi quod Athenienses varia gens et multiplex, be- 53
nefactorum plerumque immemor, invida atque suspiciosa, insita quadam naturae levitate effraenatam libidinem pro libertate coleret, atque a Demagogis, disertis quidem illis, sed malitiosis iisdem et perversis, in bonos semper incitaretur. Nam, postquam Athenis Pisistratus tyrannidem occuparat, Cylonis idem conatus erat repressus, hoc facile metu abutebantur civitatis pestes, ut populum ad quodvis scelus in optimum quemque edendum impellerent: quidquid novum et insolens esse videretur, statim Athenienses tyrannidem cogitabant, civesque innoxios suo saepe damno plectebant. Quae cum ita sint, non est mirandum, praecisis omnibus Mercurii statuis, totam civitatem metu fuisse perculsam et perturbatam. Nam, quamvis semper religionis violatio nefaria haberetur et scelesta, haec tamen res una omnium maxime erat odiosa. "Hoc enim quum appareret non sine magna mul-
„torum consensione esse factum, quod non ad privatam,
„sed ad publicam rem pertineret, magnus multitudini
„timor est injectus, ne qua repentina vis in civitate ex-
„sisteret, quae libertatem opprimeret populi:" ut ait NEPOS in *Alcib.* c. 3. §. 2. qui THUCYDIDEM sequitur eadem narrantem L. VI. c. 27. 28. 53. 60. eadem-
que produnt ANDOCIDES *de Myst.* §. 36. DIODORUS 54
SICULUS L. XIII. c. 2. PLUTARCHUS *Alcib.* p. 200. D. Neque tamen omnium una haec erat sententia: non deerant enim, qui Corinthiorum hoc inventum crederent, ut monstro deterriti Athenienses ab expeditione contra Syracusanos colonos suos desisterent: alii temulentorum iuvenum insolentiam incusabant, nec portentum ullum esse arbitrabantur, ut locuples auctor est PLUTARCHUS *Alcib.* p. 200. c. *ἐλέχθη μὲν οὖν, ὅτι Κορίνθιοι διὰ τοὺς Συρακουσίους ἀποίκους ὄντας, ὡς ἐπισχέσεως ἐσομένης πρὸς τῶν οἰωνῶν, ἢ μεταγνώσεως τοῦ πολέμου, ταῦτα δράσειαν· οὐ μὴν ἥπτετό γε τῶν πολλῶν οὔθ' οὗτος ὁ λόγος, οὔθ' ὁ τῶν σημείων, δεινὸν εἶναι μηδὲν οἰομένων, ἀλλ' οἷα φιλεῖ φέρειν ἄκρατος, ἀκολάστων νέων εἰς ὕβριν ἐκ παιδιᾶς ὑποφερομένων.* In hoc loco quamquam ferri forte potest *σημείων*, si struamus *τῶν οἰομένων δεινὸν εἶναι μηδὲν σημείων*, *portentorum nihil esse terribile*, *a portentis nihil esse timendum*; mihi tamen legendum videtur *τῶν σημεῖον δεινὸν εἶναι μηδὲν οἰομένων*, *putantium nullum esse portentum terribi-*

le[*]). Ex eodem, quo Plutarchus, fonte, vel ex ipso Plutarcho hausisse videtur PSEUDO-PLUTARCHUS in *Vita Andocidis*, sed vel non bene intellexisse vel memoria lapsus esse, si sana sit ejus lectio: ait enim ἣν (δευτέραν αἰτίαν) μετ᾽ οὐ πολὺν χρόνον τοῦ ἐπὶ Σικελίαν στόλου συνέβη γενέσθαι, Κορινθίων εἰςπεμψάντων Λεοντίνους τε καὶ Αἰγεσταίους ἄνδρας, ἰδίᾳ μελλόντων βοηθεῖν αὐτοῖς τῶν
55 Ἀθηναίων, νύκτωρ τοὺς περὶ τὴν ἀγορὰν Ἑρμᾶς περιέκοψαν, ὡς Κράτιππος φησί. At nullam prudentioribus fidem habuit populus superstitiosus, libertatique suae timens; sed statim Ζητηταὶ sive Quaesitores creati sunt, qui Hermarum mutilatores investigarent: qui Magistratus non erat perpetuus, sed tum demum Quaesitores illi creabantur, ubi in eos inquirere oporteret, qui aerario publico deberent, et latitarent, vel qui publice aliquam fecissent injuriam. Illud manifestum est ex LYSIA Ἀπολ. Δωροδ. §. 16. DEMOSTH. *in Timocr.* p. 703. R. §. 11. et ULPIANO ad i. l. POLLUCE L. VIII. s. 115. et docetur etiam ab Auctore *Lexici Rhetorici* MS. Ζητηταί· ἀρχή τις Ἀθήνησιν ἐστὶ κατὰ καιροὺς καθισταμένη· πρὸς ἣν ἐμηνύοντο οἱ ὀφείλοντες τῇ πόλει χρήματα καὶ μὴ ἀποδιδόντες: quam notam, paucis mutatis, descripserunt SUIDAS et ETYMOL. M. in v. Hoc cum praesens causa ostendit, tum docet HARPOCRATION v. Ζητηταί. Monumenta enim publica violare nefas fuisse, apparet ex ARISTOPHANIS *Ranis* v. 369. *Av.* 1054. seq. De munere τῶν Ζητητῶν vid. SIGONIUS *de Rep. Athen.* L. IV. c. 3. VALESIUS *ad* d. l. *Harpocr.* T. II. p. 322. ed. Lips. et Interpp. *ad Poll.* d. l. [et quos laudat C. F. HERMANN. Handbuch. §. 133. 2. vide PLATNERUM quoque Proc. I. p. 356. seqq.] Quaesitoris munere aliquando functum fuisse Andocidem, narrat HAR-
56 POCR. d. l. Eorum vero qui tum creati sunt, Diognetum, Pisandrum et Chariclem, diserte memorat ANDOCIDES *de Myst.* §. 14. et §. 36. Eodem tempore ex rogatione Cleonymi, celebris illius vel potius dicam infamis, cujus innumera vitia vel centies notavit Aristophanes, qui cum Cleone et Cleophonte inter pessimos Demagogorum referri solet, 1000 drachmae ei decretae sunt, qui facinoris auctores invenisset, vel aliud quoddam piaculum indicasset: quam legem ulterius extendisse, atque ita ampliasse videtur Pisander, qui postea in Oligarchia magis inclaruit, ut 10,000 drachmas (quae eaedem sunt ac 100 illae minae apud ANDOC. §. 40. et §.

---

*) Ego tamen locum sic intelligo: *portentum terribile nihil aliud esse, quam quod merum secum ferre solet.*

41.) primus delator acciperet; 1000 drachmas ex Cleonymi Psephismate is haberet, qui secundus fuisset. Ita quidem colligo ex ANDOCIDE *de Myst.* §. 27. *ἐπειδὴ αἱ μηνύσεις ἐγένοντο, περὶ τῶν μηνύτρων (ἦσαν γὰρ κατὰ τὸ Κλεωνύμου ψήφισμα χίλιαι δραχμαί, κατὰ δὲ τὸ Πεισάνδρου μύριαι) περὶ δὲ* (f. *δὴ*) *τούτων ἠμφισβήτουν οὗτοί τε οἱ μηνύσαντες, καὶ Πυθόνικος, φάσκων πρῶτος εἰσαγγεῖλαι, καὶ Ἀνδροκλῆς ὑπὲρ τῆς βουλῆς — καὶ ἐψηφίσαντο πρώτῳ μὲν Ἀνδρομάχῳ,* (conf. §. 12.) *δευτέρῳ δὲ Τεύκρῳ·* (conf. §. 15.) *καὶ ἔλαβον Παναθηναίων τῷ ἀγῶνι, Ἀνδρόμαχος μὲν μυρίας δραχμάς·* 57
Τεῦκρος δὲ χιλίας. Praeterea *ἄδεια*, sive poenae immunitas promittebatur ei, qui, facinoris ipse conscius, alios indicasset, si quidem vera dicere videretur, sin falsa, capitali poena erat plectendus. Vid. ANDOCIDES dd. ll. §. 20. §. 34. THUCYDIDES L. VI. c. 60. PLUTARCHUS in *Alcib.* p. 202. A. [vide BAEHR. ad h. l. p. 197.]

At tum quidem de Hermis nihil est indicatum: non diu vero postea, cum classis in Siciliam abiret, jamque Lamachi Imperatoria triremis portum relinqueret, surrexit derepente Pythonicus in concione, quae ultima tunc ducibus habebatur, et Alcibiadem accusavit, quod mysteria Eleusinia per vinum et jocum celebrasset, se dicens servum esse producturum unius eorum, qui adfuissent, si immunitatem illi decernerent. Obstrepente Alcibiade et factum negante, semotis profanis, adducitur servus Alcibiadis ad Polemarchum quaestionis habendae causa, cui nomen Andromachus. Hic Alcibiadem, Niciadem, Melitumque accusat, quasi in aedibus Polytionis Mysteria Eleusinia, sanctissimam religionem, inter pocula per jocum celebrassent: alioseque addebat adfuisse cum liberos homines, tum servos. Deinde Teucer *μέτοικος* Athenis, qui inde Megara fugerat, data etiam *ἀδείᾳ* reversus Athenas, se ipse cum undecim aliis accusavit. Post Agariste Alcmaeonidae uxor id piaculum ab Alcibiade, Axio- 58
cho et Adimanto, domi Charmidae commissum esse indicavit. Tandem Lydus Pherectis servus herum suum aliosque hujus criminis reos fecit, atque in his Leogoram, patrem Andocidis, uti narrat Orator, *de Myst.* §. 17. At omnia alia PLUTARCHUS in *Alcibiade*: secundum hunc enim Androcles Orator (de quo vid. RUHNK. *Hist. Crit. Or. Gr.* p. 43.) servos nonnullos et *μετοίκους* protulit, qui Alcibiadem amicosque accusarent, quod, sacra Eleusinia ludibrio habentes, Alcibiades Hierophantae, Polytion Daduchi sive Taediferi, Theo-

dorus Praeconis sacri in Eleusiniis munera joco essent
imitati. Thessalum vero ait Cimonis filium (conf. in
Cimone p. 488. c.) suo nomine libellum accusationis
subscripsisse, atque ipsum libellum servavit in *Alcib.*
p. 202. E. Cum igitur hic tantum ab Andocide discre-
pet Plutarchus, videamus quid hac de re statuendum sit.
Haec historiae Atticae pars ex tribus potissimum
scriptoribus est cognoscenda, quorum duo ipsi interfue-
runt, THUCYDIDES et ANDOCIDES Orator, tertius
PLUTARCHUS maximo delectu ac fide summa ex anti-
quiorum scriptis ea decerpsit, quibus vitas excellentium
virorum adornaret. Ac THUCYDIDES quidem, de cujus
praestantia si quid dicam, tantumdem de laude illius de-
trahere videar, cum et dilucide et diligenter hoc factum
59 exposuerit, nomina tamen et accusantium et reorum, prae-
terquam Alcibiadis, prodere omisit, uti et PLUTARCHUS
d. l. animadvertit: quod sive neglexerit facere, sive no-
luerit, non statuo: arbitror tamen de industria potius
haec illum reliquisse, ne forte cujus animum offenderet,
cum vivis plerisque eorum scriberet, qui hoc facinore
fuissent nobilitati. PLUTARCHUS ea, in quibus a bre-
vitate Thucydidis destituebatur, ex aliis supplevit, cum
Historicis, tum Oratoribus et Poëtis: et, quod ad res
Siculas pertineret, maxime PHILISTUM Siculum secutus
videtur, vid. in *Nicia* p. 523. F. p. 536. A. p. 542.
A. in domesticis Atheniensium rebus describendis cum
aliis uti potuit, tum EPHORO, et CRATIPPO, aequali
Thucydidis, qui τὰ παραλειφθέντα ὑπὸ Θουκυδίδου scri-
pto consignavit. Vid. DIONYS. HALICARN. *περὶ τῶν
Θουκυδίδου Ἰδιωμάτων* p. 143. v. 41. PSEUDO-PLU-
TARCHUS in *Andocide* p. 834. D. VOSSIUS *de Histo-
ricis Graecis* L. IV. c. 7. p. 458. At Plutarchus, quum
Alcibiadis res gestas enarrare, ac praesertim ingenium
moresque illius ex vita atque factis ostendere sibi propo-
suisset, ea tantum memoriae prodidit, quae ad ipsum
pertinerent Alcibiadem, reliquas delationes minus cura-
vit, Andocidis res leviter attigit, quas praetermittere si-
lentio vix poterat, quippe cum illorum temporum momen-
60 tis et rebus Alcibiadis arctissime connexas. Quapropter
non est mirandum, illum ab ANDOCIDE discrepare, qui,
ut praesens periculum depelleret, orationem conscripsit,
atque in illam non nisi ea congessit, quibus adversario-
rum crimina dilueret. Quocirca, etsi de fide Andocidis
non nimis magnifice sentio, tamen tantam illi impruden-
tiam non ausim tribuere, ut in re omnibus cognita et
recenti memoria, coram sociis calamitatis, et inimicis, et

judicibus, in suam perniciem ita sit mentitus, ut alios accusatos fuisse dixerit, quam qui revera fuerint; cum et ad hos ipsos, et ad eos, qui Magistratus eo tempore gessissent, non uno loco provocet. Neque tamen, quamvis diversa ab Andocidis narratione Plutarchus tradat, tantum hoc discrimen esse videtur, ut nulla ratione possit componi; nam primo quidem, Polytionem esse accusatum, quasi domi illius (quae erat in Ἑρμῶν στοᾷ, vid. PAUSAN. *Att.* p. 7.) facinus esset commissum, quamquam non diserte dicit Plutarchus, interfuisse tamen et Daduchi munere functum esse, ex accusatorum delatione memorat: illud vero cum Andocide confirmat ISOCRATES *de Bigis* p. 348. §. 6. Deinde Theodorum Plutarchus inter eos enumerat, qui de Mysteriis fuerunt accusati, quum Hermarum crimen in illum transferat ANDOCIDES §. 35. At vero quid impedit quominus utriusque criminis reum factum dicamus? Nam et accusatorum delationes nequaquam inter se convenisse, et ipsa quae sunt apud Andocidem exempla probant, et testis est PLUTARCHUS p. 201. E. Porro quod Andocides Pythonicum primum facit accusatorem, Androclem Plutarchus, id ita fortasse fuerit, ut Pythonicus primus in concione, Androcles in senatu accusarit Alcibiadem, quod ita videtur propter locum ipsius ANDOCIDIS §. 27. περὶ τῶν μηνύτρων — ἠμφισβήτουν οὗτοι τε οἱ μηνύσαντες, καὶ Πυθόνικος φάσκων πρῶτος εἰσαγγεῖλαι καὶ Ἀνδροκλῆς ὑπὲρ τῆς βουλῆς. Hunc autem potissimum memorat Plutarchus, quo clarius appareat Androclis odium in Alcibiadem, cui acerrimum illum hostem fuisse ait p. 200. E. Illam vero accusationum multitudinem et varietatem non est quod miremur. Credibile est enim non tantum Alcibiadis obtrectatores, quos permultos habebat, sed alios etiam, quibus graves essent inimicitiae, illos infimae conditionis homines corrupisse, ut vel Alcibiadem, vel quos ipsi vellent, inimicos suos accusarent, cum hac ratione facillime se illos esse perdituros viderent. Sed tum quidem Alcibiadem, postulantem ut de praesente statim quaestio haberetur, quod noceri posse desperabant, inimici dimiserunt, ne scilicet expeditio retardaretur: absentem criminari non destiterunt. Quo factum est, ut brevi illum, missa Salaminia, ad causam dicendam domum redire jusserint. Ipse vero sua triremi Salaminiam secutus, cum Thurios pervenisset, clam se a custodibus subduxit, in Peloponnesum trajecit, Lacedaemonem se contulit; ubi patriae civibusque suis tantum nocuit, quantum et in Sicilia, et Athenis, prodesse po-

tuisset. Itaque et Atheniensium in Sicilia, misso Gylippo, caesus est exercitus, et Decelea ejus consilio munita, et Ionia a societate Atheniensium per ipsum est aversa. Unde fractis eorum viribus, numquam se recipere potuerunt; ac tandem post diuturnam luctationem tota respublica concidit, et in Lacedaemoniorum potestatem pervenerunt Athenae. Sed haec hactenus; redeamus ad Andocidem.

Quum vero de illo quotquot scripserunt, ne duo quidem plane eadem tradant, operae pretium nos facturos existimamus, si, excussis singulorum auctorum testimoniis, verum indagare studeamus; qua in re de utraque accusatione, et de Mysteriis, et de Hermis, erit videndum. De his igitur PSEUDO-PLUTARCHUS haec
prodidit: *μετὰ δὲ τοῦτο αἰτιαθεὶς ἀσεβεῖν, ὡς καὶ αὐτὸς
τοὺς Ἑρμᾶς περικόψας, καὶ εἰς τὰ τῆς Δήμητρος ἁμαρ-
τὼν μυστήρια, διὰ τὸ πρότερον ἀκόλαστον ὄντα. νύκτωρ
κωμάσαντα θραῦσαι τι τῶν ἀγαλμάτων τοῦ θεοῦ, ἐπειδὴ*
63 *οὐκ ἠβουλήθη, ὃν ἐζήτουν οἱ κατήγοροι δοῦλον ἐκδοῦναι,
διαβληθῆναι, καὶ πρὸς τὴν αἰτίαν τῆς δευτέρας γραφῆς
ὕποπτον γενέσθαι· ἣν μετ' οὐ πολὺν χρόνον τοῦ ἐπὶ
Σικελίαν στόλου συνέβη γενέσθαι, Κορινθίων εἰςπεμψάν-
των Λεοντίνους τε καὶ Αἰγεσταίους ἄνδρας, ἰδίᾳ μελ-
λόντων βοηθεῖν αὐτοῖς τῶν Ἀθηναίων, νύκτωρ τοὺς
περὶ τὴν ἀγορὰν Ἑρμᾶς περιέκοψαν, ὥς Κράτιππός
φησι, προςαμαρτὼν μυστήρια· κριθεὶς τε ἐπὶ τούτοις,
ἀπέφυγεν ἐπὶ τῷ μηνύσειν τοὺς ἀδικοῦντας· σπουδὴν
δὲ πᾶσαν ἐνεγκάμενος,* (l. *εἰςενεγκάμενος* ex PHOTIO)
*ἐξεῦρε τοὺς περὶ τὰ ἱερὰ ἁμαρτάνοντας, ἐν οἷς καὶ τὸν
αὑτοῦ πατέρα ἐμήνυσε· καὶ τοὺς μὲν ἄλλους πάντας
ἐλέγξας ἐποίησεν ἀπολέσθαι, τὸν δὲ πατέρα ἐῤῥύσατο,
καίτοι δεδεμένον ἤδη, ὑποσχόμενος πολλὰ λυσιτελήσειν
αὐτὸν τῇ πόλει· καὶ οὐκ ἐψεύσατο· ἤλεγξε γὰρ ὁ Λεωγό-
ρας πολλοὺς, δημόσια χρήματα σφετεριζομένους, καὶ ἄλ-
λα τινὰ ἀδικοῦντας· καὶ διὰ μὲν ταῦτα ἀφείθη τῆς
αἰτίας.* Eadem fere sed brevius, quippe ex his decerpta, PHOTIUS narrat in *Bibliotheca* l. c. Leogoram patrem suum accusasse Andocidem, auctor quoque est TZETZES Chil. VI. v. 367.

Ὁ Ἀνδοκίδου ῥήτορος πατὴρ ἦν Λεωγόρας,
Ὑπ' Ἀνδοκίδου προδοθεὶς νικήσας τε τῇ δίκῃ.

Videntur autem haec petita esse ex perditis contra An-
docidem Orationibus, aliisve scriptis, quae antiquitus ex-
64 stiterunt, qualia memorantur LYSIAE et THEODORI

BYZANTII. Certe in *Oratione contra Andocidem*, quae
LYSIAE nomen praefert, patrem accusasse nusquam di-
citur, sed crimini illi datur, quod amicos cognatosque
sibi carissimos delatione sua perdiderit, uti §. 2. et §. 23.
Attamen prius ab inimicis objectum fuisse Andocidi ex
illius responsione patet: ait enim §. 19. ἔλεξαν γὰρ ὡς
ἐγὼ μηνύσαιμι περὶ τῶν μυστηρίων, ἀπογράψαιμί τε
τὸν πατέρα τὸν ἐμαυτοῦ παρόντα, καὶ γενοίμην μηνυ-
τὴς κατὰ τοῦ πατρὸς τοῦ ἐμαυτοῦ: deinde crimen illud
a se avertere conatur; patrem enim suum a Lydo Phe-
reclis servo accusatum, a Speusippo judicio traditum,
παρανόμων actione illum in judicio superasse, atque ita
evasisse: se autem prae caeteris patrem esse adhortatum,
ut judicii subiret periculum, neque voluntario exilio se
quaestioni subduceret. Ipse etiam accusatus est, quod
Mysteriorum religionem violasset, uti significat §. 10. et §.
29. et testatur LYSIAS §. 4. §. 17. et §. 50. item PSEU-
DO-PLUTARCHUS et PHOTIUS: quod crimen utrum
verum fuerit an falsum, nostrum non est statuere: An-
docides quidem ita pro se dixit, ut judicum sententiis
sit absolutus. Priusquam tamen ab hac causa discedа-
mus, turpissimo vitio levandus est Pseudo-Plutarchi lo-
cus, quem paullo ante apposuimus: nam quid quaeso est, 65
quod narrat? προσαμαρτὼν μυστήρια, κριθείς τε ἐπὶ
τούτοις κ. τ. λ. An igitur bis peccavit, bis accusatus
est Andocides? Minime vero: neque id Auctor voluit,
neque προσαμαρτάνειν μυστήρια Graece dicitur. Sed
haec temere repetita sunt ex superioribus: εἰς τὰ τῆς
Δήμητρος ἁμαρτὼν μυστήρια: nimirum ultima syllaba
vocabuli Δήμητρος cum sequenti ἁμαρτὼν coaluit, cum
librarius sententiae nexum requireret, atque haec verba
repeteret post longiorem parenthesin inter μυστήρια et
κριθεὶς interjectam. Quapropter duo illa vocabula προσ-
αμαρτὼν μυστήρια e contextu ejicienda sunt, atque eo
releganda unde venerunt. Confirmat hanc emendationem
Photius, qui unius tantum meminit accusationis, atque
parenthesin illam, et rebus et verbis turbatam, omisit.
Porro quod addit Pseudo-Plutarchus, antea noctu comis-
santem Andocidem per ludibrium et petulantiam simula-
cra quaedam praecidisse, unde postea in majorem suspi-
cionem inciderit, eo pertinere videtur, quod THUCYDI-
DES L. VI. c. 28. et PLUTARCHUS in *Alcib.* p. 200.
c. narrant, inquilinos quosdam et servos antea factam
ab ebriis juvenibus aliarum statuarum mutilationem in
judicium detulisse; et has causas confundere videtur
Auctor *Orationis contra Andocidem* §. 21.

66 Eodem tempore Teucer Athenas reversus, cum de Mysteriis indicavit, tum Hermarum mutilatorum viros duodeviginti non ignobiles accusavit; quod primum fuit de Hermis indicium: vid. ANDOC. §. 34. Cum hinc maximae in civitate turbae, summi timores orirentur, dum sibi quisque metuebat, ne corriperetur, (ANDOC. *de Myst.* §. 36. *de Red.* §. 8.) usus est hac perturbatione Dioclides homo perditus. Is igitur senatum adit, se nosse dicit eos, qui facinus patrassent, vidisse enim se et cognovisse ad Lunae splendorem fere trecentos: vid. ANDOC §. 38. Hic vero quin idem sit, quem significant DIOD. SIC. L. XIII. c. 2. p. 543. et PLUTARCH. in *Alcib.* p. 201. E. [ibiq. BAEHR. p. 175.] nullum mihi est dubium; neque video cur dubitaverit P. WESSELINGIUS, vir summus, ad d. l. DIODORI. Ait enim Diodorus, *προσελθὼν δέ τις τῶν ἰδιωτῶν τῇ βουλῇ, ἔφησεν εἰς οἰκίαν μετοίκου τινὰς ἑωρακέναι τῇ νουμηνίᾳ περὶ μέσας νύκτας εἰςιόντας, ἐν οἷς καὶ τὸν Ἀλκιβιάδην· ἀνακρινόμενος δ' ὑπὸ τῆς βουλῆς, πῶς νυκτὸς οὔσης ἐπεγίνωσκε τὰς ὄψεις, ἔφησε πρὸς τὸ τῆς σελήνης φῶς ἑωρακέναι· οὗτος μὲν οὖν αὑτὸν ἐξελέγξας, κατεψευσμένος εὑρέθη.* De Plutarcho minus etiam est quod dubitemus; hic enim postquam delatores nominavit Teucrum et Dioclidem, atque Phrynichi Comici hunc locum apposuit:

67 *Α. Ὦ φίλταθ' Ἑρμῆ, καὶ φυλάσσου μὴ πεσὼν*
Αὑτὸν παρακρούσῃ, καὶ παράσχῃς διαβολὴν
Ἑτέρῳ Διοκλείδᾳ βουλομένῳ κακόν τι δρᾷν.
Ἑρμ. Φυλάξομαι· Τεύκρῳ γὰρ οὐχὶ βούλομαι
Μήνυτρα δοῦναι τῷ παλαμναίῳ ξένῳ.

haec subjungit: *καίτοι βέβαιον οὐδὲν οὐδ' ἰσχυρὸν οἱ μηνύοντες ἐδείκνυσαν· εἷς δ' αὐτῶν ἐρωτώμενος, ὅπως τὰ πρόσωπα τῶν Ἑρμοκοπιδῶν γνωρίσειε, καὶ ἀποκρινάμενος ὅτι πρὸς τὴν σελήνην, ἐσφάλη τοῦ παντὸς, ἕνης καὶ νέας οὔσης ὅτε ταῦτ' ἐδρᾶτο.* De quo eo magis mihi est persuasum, quod et Andocides dicit, Dioclidem falsi indicii poenas morte luisse, §. 66. Hic vero Dioclides 42 viros accusat, (vid. ANDOC. §. 43.) atque in his Andocidem, Leogoram, Calliam fratrem Andocidis affinem, consobrinos tres aliosque cognatos, quos quinque enumerat Orator §. 47. at septem fuisse dicit §. 68. nisi forte priore loco, (quem praeterea corruptum bene sanasse videtur REISKE,) duorum cognatorum nomina exciderint, vel, quod probabilius est, altero loco pro *ἐπ-*

τά legendum sit πέντε. numeralium enim frequens in mss. est confusio, potuitque vel litera Z ex E, vel ἑπτὰ ex compendio scribendi ποτε corrumpi.

Illi igitur quum in carcere essent, neque ulla spes salutis appareret propter timorem populi et suspicionem, 68
cognatus quidam Andocidis, quem ipse Charmidem, Plutarchus Timaeum vocat, variis illi rationibus persuadet, ut ἀδείᾳ promissa usus se ipse et alios quosdam accuset, cognatosque suos et amicos nexos servet: vid. ANDOC. §. 48. PLUTARCH. in *Alcib.* p. 202. A. et hos duos viros THUCYDIDES L. VI. c. 60. quamvis nomina non dicat, quin significet tamen nullum est dubium. Hujus igitur monitis obtemperavit Andocides, ac semetipsum aliosque jam a Teucro delatos accusavit, quibus viros addidit quatuor, quos caeteri delatores non nominaverant, Panaetium, Chaeredemum, Diacritum, (vel, ut conjecit VALCKENAERIUS, Lacritum) Lysistratum: vid. ANDOC. §. 53. seq. Quos solos sua accusatione in exilium esse pulsos affirmat ipse §. 53. et §. 67. Attamen hoc vix possum componere cum iis, quae ante dixit §. 14. ubi Panaetium enumerat inter eos, qui ab Andromacho accusati in exilium sponte abierant. Neque vero exules hos jam rediisse credibile est: ut adeo vel erraverit Orator, vel diversus sit hic a superiore Panaetio. Reliquos autem dicit Andocides, qui ex Teucri delatione fuissent comprehensi, jam ultimo supplicio esse affectos; qui vero fuga essent elapsi, absentes capitis fuisse condemnatos. Paullo tamen aliter
THUCYDIDES L. VI. c. 60. τὸν μὲν μηνυτὴν εὐθὺς, 69
καὶ τοὺς ἄλλους μετ' αὐτοῦ, ὅσων μὴ κατηγορήκει, ἔλυσαν· τοὺς δὲ καταιτιαθέντας, κρίσεις ποιήσαντες, τοὺς μὲν ἀπέκτειναν, ὅσοι ξυνελήφθησαν, τῶν δὲ διαφυγόντων θάνατον καταγνόντες, ἐπανεῖπον ἀργύριον τῷ ἀποκτείναντι: quem sequitur PLUTARCHUS p. 202. B. οὓς δ' ὠνόμασε (Andocides) πάντες πλὴν τῶν φευγόντων ἀπώλοντο. Quo major autem fides delationis esset, suos ipse servos ancillasque ad βάσανον sive quaestionem per tormenta tradidit: vide PLUTARCH. l. c. ipsumque ANDOC. §. 64. Neque vero hoc indicium, neque reliquorum postea certam habuit fidem, ut ait THUCYDIDES l. c. Sed tunc quidem populus Atheniensis, his auditis, tandem verum se comperisse existimans, vinctos reliquos e carcere solvit, excubias atque custodias domum remisit, Dioclidem impurissimum calumniatorem ultimo affecit supplicio: vid. ANDOC. §. 66. seqq. et sic (quod dicit THUCYD. l. c.) magnum commodum to-

ta percepit civitas. Hinc quantum distet PSEUDO-PLUTARCHI narratio, patebit, si quis locum, quem ante descripsimus, cum his contulerit.

---

70 ## CAPUT QUARTUM.

Andocides decreto prohibitus est a foro et sacris: non devotus. Peregre abiit. Cypri regibus primum gratiosus, deinde invisus. ARISTIDIS *filia. Emendatur* ANDOCIDES. *Oligarchia Athenis. Andocidem redire cupientem spes fefellit. Secundum rediens iterum est expulsus. Prytanes saepius corrupti. Tandem ejectis* XXX *Tyrannis rediit Andocides. Emendatur* PSEUDO-PLUTARCHUS.

His angustiis liberatus Andocides varia deinde usus est fortuna. At, sicut ipsa fortuna Andocidis varia fuit et inconstans, sic etiam, qui de eo scripserunt, nihil certi, neque explorati, nec quod cum aliis congruat, tradiderunt. Quapropter in tanta scriptorum diversitate verum non ita facile investigare poterimus, quod ubi inventu erit difficile, probabilitatem certe consectabimur. Videamus igitur quid quisque de illo tradat. LYSIAS §. 24. *μετὰ δὲ ταῦτα ἐπειδὴ ἀπεκτονὼς ἦν, οὓς αὐτὸς ἔφη περὶ πλείστου ποιεῖσθαι, ἔδοξέ τ' ἀληθῆ μηνῦσαι*
71 *καὶ ἐλύθη· καὶ προσεψηφίσασθε ὑμεῖς αὐτὸν εἴργεσθαι τῆς ἀγορᾶς καὶ τῶν ἱερῶν, ὥστε μηδ' ἀδικούμενον* (ita leg.) *ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν δύνασθαι δίκην λαβεῖν.* Eadem fere idem §. 9. et §. 51. quo loco addit, fuisse eum a sacerdotibus devotum: *καὶ ἐπὶ τούτοις ἱερεῖαι καὶ ἱερεῖς στάντες κατηράσαντο πρὸς ἑσπέραν, καὶ φοινικίδας ἀνέσεισαν κατὰ τὸ νόμιμον τὸ παλαιὸν καὶ ἀρχαῖον*: de quo ritu egit TAYLOR ad d. l. et *Lect. Lys.* c. 8. Sed ANDOCIDES *de Reditu* §. 10. de se ait *ἔγνων ἥδιστον εἶναι πράττειν τε τοιαῦτα καὶ διαιτᾶσθαι ἐκεῖ, ὅπου ἥκιστα μέλλοιμι ὀφθήσεσθαι ὑφ' ὑμῶν.* Longius etiam abeunt PSEUDO-PLUTARCHUS et PHOTIUS: *εὐδοκι-*

μῶν δὲ ἐπὶ τοῖς πολιτεύμασιν ὁ Ἀνδοκίδης ἐπέθετο ναυκληρίᾳ. At factum esse quoddam contra Andocidem decretum, quo arceretur a foro et templis, licet unus nobis auctor sit Lysias, indicat tamen ipse ANDOC. *de Red.* §. 24. τουτὶ τὸ ψήφισμα, ὃ ἠκούσατε [εἶναί μοι ἄδειαν] ψηφισάμενοί μοι, ὦ Ἀθηναῖοι, ὕστερον ἀφείλεσθε χάριν ἑτέρῳ φέροντες: et jure illud colligas ex indole et natura actionis post reditum adversus illum institutae, quam fuisse ἔνδειξιν postea apparebit. Fuisse autem a sacerdotibus devotum Andocidem, unius Lysiae auctoritate nititur, neque id facile adducar ut credam: si enim devotus fuisset, non ausus esset in patriam redire, nisi prius publice foret revocatus, et sacerdotes iidem, qui il- 72
lum devovissent, ante resecrassent. Equidem existimaverim, Auctorem *Orationis contra Andocidem* Alcibiadis causam in Andocidem transtulisse; Alcibiadem enim et diris devotum et postea resecratum fuisse, docent PLUTARCH. in *Alcib.* p. 202. F. p. 210. A. et NEPOS c. 4. et 6. Quum igitur in civitate contemni se videret Andocides, mercaturae causa alias terras adire constituit: vid. ANDOCIDES *de Myst.* §. 13. LYSIAS §. 19. PSEUDO-PLUTARCHUS et PHOTIUS dd. ll. In regiones complures pervenit et insulas, Siciliam, Italiam, Peloponnesum, Thessaliam, Hellespontum, Ioniam, Cyprum: vid. LYSIAS §. 6. et in Cypro quidem primum apud Citii regem fuit gratiosus; deinde, cum illum a se alienasset, in vincula conjectus et maxima quaeque mala passus est: vid. LYSIAS §. 26. quod ideo factum dicunt PSEUDO-PLUTARCHUS et PHOTIUS, quod filiam Aristidis cujusdam, consobrinam suam, clam familiae surreptam, primum dono miserit Cyprio tyranno, dein quum timeret, ne domum reversus plagii accusaretur, illamque iterum conaretur abducere, deprehensus sit. Hujus rei quoque meminit TZETZES l. ante cit.

Καὶ τὴν αὐτοῦ ἀνεψιὰν ὁ Ἀνδοκίδης οὗτος 73
Πυρῶν πωλεῖ τῷ βασιλεῖ τῷ τότε τῶν Κυπρίων·
Τοῦ Ἀριστείδου δὲ ἡ παῖς θυγάτριον ὑπῆρχεν.

Haec dum peregre agebat Andocides, Athenis interea res vehementer erant mutatae: nam, paucorum dominatu constituto, concilii Oligarchici, in quod quadringenti ex universis civibus allecti fuerant, seu senatus, qui dicebatur Quadringentorum, nutu omnia gerebantur. Andocides igitur, statum popularem exosus et optimatium amicus, magnam apud hos se gratiam initurum speravit,

si classem Atticam, quibuscumque rebus posset, juvaret. Cum autem Archelaum Macedoniae Regem amicum haberet et hospitem paternum, veniam ab illo impetravit remiges coëmendi ex regione illius imperio subjecta: quos ipse sine lucro suo, eodem quo emerat pretio, praefectis classi Atheniensium tradidit, ac frumentum praeterea et aes advexit. Sed, ut maritimis hominibus insitum est plerumque libertatis studium, ita tum quoque nautae et classiarii Attici, qui Sami erant, Quadringentorum imperium recusabant, et antiquum populare imperium tueri constituerant. Itaque Andocides Athenas reversus tantum abfuit ut laudaretur, ut in summum eorum, qui rempublicam tenebant, incurreret odium: Qua-
74 dringenti enim, simul atque illum rediisse erat compertum, statim corripi jusserunt, eorumque princeps Pisander illum accusavit, quod frumentum et remiges hostili exercitui (sic cives ipse suos vocabat) praebuisset. Fremente senatu et irato, ad aram, quae in curia erat, prosilit Andocides, unde supplicem avellere nefas habebatur: quod ipsi tum quoque saluti fuit. Primum enim in carcerem conjectus, postea ab illis dimissus est. Vid. ANDOCIDES *de Red.* §. 15. LYSIAS §. 29. PSEUDO-PLUTARCHUS et PHOTIUS in *Vita.* Historiam illorum temporum exponunt THUCYDIDES L. VIII. DIODORUS SICULUS L. XIII. PLUTARCHUS et NEPOS in *Alcibiade*: multaque quae huc pertinent, attulerunt JO. TAYLOR in *Vita Lysiae* et P. VAN SPAAN *Dissert. de Antiphonte* c. 2. p. 29. seqq. Hic igitur redeundi conatus cum male cessisset Andocidi, iterum in Cyprum abiit, atque ad Evagoram se contulit, Salaminis aliarumque Cypri civitatum regem: apud quem cum aliquamdiu gratia floruisset, deinde odium illius contraxit, et in custodiam datus est: ex qua cum evasisset, aliquamdiu oberravit, donec tandem Athenas redire ausus est, restituto pridem populari imperio. Cum vero decreto populi arceretur a foro, Prytanibus pecunia data persuasit, ut se in concionem venire paterentur. Sed haec res infeli-
75 cem habuit exitum: Athenienses enim, memores Psephismatis ante facti, illum in exilium expulerunt: vid. LYSIAS §. 29. seqq. PSEUDO-PLUTARCHUS et PHOTIUS ll. cc. In hujus autem causae disceptatione habitam esse orationem περὶ τῆς ἑαυτοῦ καθόδου, infra probare conabimur. De Prytanum in comitiis munere egregie disseruit Vir Clar. cui summa quaeque debeo, JO. LUZACIUS *Disquisit. de Epistatis et Proëdris Athen.* in *Adnot. ad Orat. de Socrate Cive* p. 92. seqq. [vide

C. F. HERMANN. Handb. p. 241.] *Δωροδοκίαν* illis exprobrat ARISTOPHANES in *Pace* v. 905. seqq.

Ἀλλ᾽ ὦ Πρυτάνεις, δέχεσθε τὴν Θεωρίαν·
Ἴθ᾽ ὡς προθύμως ὁ Πρυτάνις παρεδέξατο·
Ἀλλ᾽ οὐκ ἂν εἴ τι προῖκα προςαγαγεῖν σ᾽ ἔδει·
Ἀλλ᾽ εὗρον ἂν σ᾽ ὑπέχοντα τὴν ἐκεχειρίαν.

Thesmoph. v. 943.

Ὦ Πρύτανι, πρὸς τῆς δεξιᾶς, ἥνπερ φιλεῖς
Κοίλην προτείνειν, ἀργύριον ἤν τις διδῷ.

item LYSIAS *Epil. c. Ergocl.* §. 9. *ὁρῶ δ᾽ αὐτοὺς — ὠνουμένους τὰς αὐτῶν ψυχὰς καὶ παρὰ τῶν λεγόντων, καὶ παρὰ τῶν ἐχθρῶν, καὶ παρὰ τῶν Πρυτάνεων, καὶ πολλοὺς Ἀθηναίων ἀργυρίῳ διαφθείρειν.*

Tertium igitur exul Andocides Elidem se recepit: vid. PSEUDO-PLUTARCHUS et PHOTIUS: dum domum illius interea habitabat Cleophon, ante lyrarum faber, tum vero princeps demagogorum: vid. ANDOC. *de* 76
Myst. §. 146. Cum autem Thrasybulus xxx Tyrannos expulisset Athenis, Andocides quoque rediit: vid. PSEUDO-PLUTARCHUS et PHOTIUS. Attamen ipse illos in recuperanda civitate non adjuvit, neque in Piraeëum ad eos pervenit: dicit enim §. 132. se ex Cypro Athenas rediisse: unde mihi videtur Elide domicilium habuisse, et hinc mercaturae causa alias obiisse regiones, et cum Cypriis maxime habuisse commercia. Verisimile enim est illum cum Cypri regibus rediisse in gratiam, quoniam *Or. de Red.* §. 20. dicit se effecisse, ut ex Cypro frumentum adveheretur, et *de Myst.* §. 4. multos se habere agros in Cypro sibi donatos, quos sine regum illorum venia habere non potuisset. Postremo autem loco de agris dicere Oratorem, et pro *ἡ πολλὴ* legendum esse *γῆ πολλή*, cum res ipsa ostendit, tum praeter REISKIUM viderat VALCKENAERIUS Vir Clar. et in schedis suis notaverat. Hoc tempus vitae Andocidis PSEUDO-PLUTARCHUS ita descripsit: *δεθεὶς δὲ ὑπὸ τούτων [τῶν τετρακοσίων] καὶ διαφυγὼν αὖθις, ὁπότε κατελύθη ἡ ὀλιγαρχία, ἐξέπεσε τῆς πόλεως, τῶν τριάκοντα τὴν ἀρχὴν παραλαβόντων· οἰκήσας δὲ τὸν τῆς φυγῆς χρόνον ἐν Ἤλιδι, κατελθόντων τῶν περὶ Θρασύβουλον, καὶ αὐτὸς ἧκεν εἰς τὴν πόλιν.* At qualis demum est 77
illa temporum ratio? *In exilium abiit post oligarchiam dissolutam, quum xxx Tyranni imperium occupassent.*

Inter quadringentos enim et xxx Tyrannorum dominationem septem anni interjecti sunt. Non credo tamen hunc esse errorem auctoris, sed librarii. PHOTIUS enim in suo codice aliter legit, cum haec Pseudo-Plutarchi verba in *Bibliothecam* suam ita transtulerit: δεθεὶς δὲ ὑπὸ τούτων πάλιν διέφυγεν· ἡνίκα δὲ ἡ ὀλιγαρχία κατελύθη, ἐφυγαδεύθη τῆς πόλεως· καὶ ἐν Ἤλιδι τὸν τῆς φυγῆς χρόνον διατρίψας, τῶν περὶ Θρασύβουλον κατεληλυθότων, καὶ αὐτὸς συγκατελήλυθεν. Quare et in Pseudo-Plutarcho ita fortasse rescribendum: ἐξέπεσε τῆς πόλεως, τῶν τριάκοντα τὴν ἀρχὴν οὔπω παραλαβόντων: vel verba: τῶν Λ τὴν ἀρχὴν παραλαβόντων: quae nec Photius habet, delenda sunt.

CAPUT QUINTUM.

Andocides iterum magnus in civitate. Emendatur PSEUDO-PLUTARCHUS. *De jure puellarum* ἐπικλήρων *disseritur. Filii sorores suas ab hereditate paterna excludebant: filiae fratres nothos. Puella* ἐπίπροικος *quaenam, item* ἐπίκληρος *et* ἐπίδικος? *De filiarum nuptiis testamento pater disponebat: si is non fecisset, Lex.* Ἐπιδικάζεσθαι τῆς ἐπικλήρου. *Tutela mulierum.* Ἀγχιστεῖς *et* ἀγχίστεια. *Dosa cognatis puellae* ἐπικλήρῳ *danda.* Εἰςαγγελία. Πρόςκλησις *sive* πρόκλησις *evictio* τῆς ἐπικλήρου. *Jurisdictio de iis Archontis. Epilyci filiae. Leager. Callias Andocidi litem parat. Cephissius. Agyrrhius. Explicatur* ANDOCIDES. *Reliqua ejus vita et res exponuntur. Ipse gentis suae fuit ultimus.*

Reversus Athenas Andocides pristinam brevi recuperavit auctoritatem: vid. LYSIAS §. 33. vix decem dies redierat, quin Archippum, sive Aristippum (quodcunque tandem illi nomen fuerit) accusaret, quod Hermen suum avitum laesisset: hic autem, quamquam respondere pote-

rat, illum integrum esse et illaesum, tamen data pecunia Andocidem ab accusatione avertere maluit, quam judicii periculum subire: vid. LYSIAS §. 11. Deinde senator factus multum et in senatu et in concione valuit; complura munera publica administravit: Gymnasiarchus fuit Vulcanalibus: Architheorus ad ludos Isthmicos et Olympicos missus est: deinde sacri aerarii fuit Quaestor: vid. Or. *de Myst.* §. 132. et Choregus Dithyrambicis Poëtis victor donarium sacravit tripodem, ut prodit PSEUDO-PLUTARCHUS, cujus hunc locum insigni mendo liberavit TAYLOR. *Lect. Lys.* c. 5. Sed aliud reliquit vitium, quod nos nunc expurgare conabimur. Scriptum est enim in vulgatis Editionibus: *καὶ αὐτὸς δὲ ἐχορήγησε κυκλίῳ χορῷ τῇ αὐτοῦ φυλῇ ἀγωνιζομένῳ διθυράμβῳ.* Sed legendum credo *ἀγωνιζομένοις διθυράμβῳ. Choregus sumtus praebuit in certamen poëtarum dithyrambico carmine certantium* *). Vulgatissimae locutionis *χορηγεῖν τραγῳδοῖς, κωμῳδοῖς* caet. exempla vid. apud LYSIAM *de Bonis Aristoph.* §. 29. *Δωρ. Ἀπολ.* §. 1. ISAEUM *de Dicaeog. Hered.* p. 54. v. 29. [vide ibi SCHOEMANN. p. 308.] DEMOSTH. *in Mid.* p. 535. R.

§. 64. Quamvis vero, istis honoribus functus, summa auctoritate valere in civitate videretur, illa amplitudo non 80
impedivit, quominus interea *ἐνδείξεως* actione peteretur, ut auctor est LYSIAS §. 30. qua tamen absolutum fuisse verisimile est, quod postea eadem adversus ipsum actio est instituta. Nam tertio postquam in patriam redierat anno (vid. Or. *de Myst.* §. 132.) in summum omnium rerum discrimen adductus fuit Andocides, ad quod depellendum cum dicta sit ab eo palmaria illa *de Mysteriis* oratio, singula causarum momenta exponemus, quibus inducti Oratoris inimici hanc ei litem intulerunt: quod ut tutius meliusque facere possimus, nonnulla prius ex jure Attico de puellis orbis erunt delibanda, quae insignem hujus orationis locum, qui exstat §. 118. seq. illustrent.

Cum Athenienses admodum timerent, ne familiae extinguerentur et sacra gentilitia interirent, magnaque haberetur calamitas, si quis sine liberis, vel ex se natis, vel certe adoptatis, moreretur (vid. v. g. ANDOC. *de*

*) „Perperam. Res ipsa postulat: *ἀγωνιζομένῃ*, ut nostra dant Codicum excerpta E et Mez: praeterea *κύκλιον χορὸν* non sine ratione reponit JAC. PERIZONIUS ad Aeliani Varr. Histt. X, 6. p. 652, b, in fine" WYTTENB. II. p. 88.

Myst. §. 164. ISOCR. *Aeginet.* p. 394. A. et c. §. 48. et §. 49. ISAEUS *de Philoct. Hered.* p. 56. v. 31. seqq. DEMOSTH. *c. Macart.* p. 1058. §. 26. 1075. §. 74. et 1077. R. §. 77.) variis huic rei rationibus, et sibi quisque, et leges in commune prospiciebant. Si quis igitur liberos utriusque sexus relinqueret, filii vel,
81 iis mortuis, nepotes ex illis nomen gentile sustinebant, et hereditatem paternam sibi acquirebant, indeque sorores alebant: vide DEMOSTH. *c. Macart.* p. 1067. R. §. 51. seqq. et exemplum apud LYSIAM *Apol. adv. Sim.* §. 6. Cum vero illae nuberent, dotem dabant, ipsique maritis despondebant: atque ex tali matrimonio liberi legitimi nascebantur. Lex apud DEMOSTHENEM *in Steph.* II. p. 1134. R. §. 18. ἣν ἂν ἐγγυήσῃ ἐπὶ δικαίοις δάμαρτα εἶναι, ἢ πατὴρ, ἢ ἀδελφὸς ὁμοπάτωρ, ἢ πάππος ὁ πρὸς πατρὸς, ἐκ ταύτης εἶναι παῖδας γνησίους: LYSIAS *pro Mantitheo* §. 10. δύο μὲν ἀδελφὰς ἐξέδωκα, ἐπιδοὺς τριάκοντα μνᾶς ἑκατέρᾳ: *de Bonis Aristoph.* §. 59. καὶ ἰδίᾳ τισὶ τῶν πολιτῶν ἀποροῦσι ξυνεξέδωκε θυγατέρας καὶ ἀδελφάς: ISAEUS *de Pyrrhi Hered.* p. 38. v. 18. ἐτόλμησε μαρτυρῆσαι ἐγγυῆσαι τῷ θείῳ τῷ ἡμετέρῳ τὴν ἀδελφὴν τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα εἶναι κατὰ τοὺς νόμους. Conf. p. 40. v. 27. p. 41. f. et seq. p. 45. v. 21. seq. Talis autem puella dicebatur ἐπίπροικος, quod dotem tantum ex bonis paternis consequebatur. POLLUX *Onomast.* L. III. s. 35. ἡ μὲν σὺν προικὶ ἐπίπροικος: vid. HARPOCRAT. et SUIDAS v. ἐπίδικος. At, si filium nullum germanum decedens quis relinqueret, sed filiam unam vel plures, illae filiae dicebantur ἐπίκληροι [vide G. F. HERMANNI Handb. p. 227.] vid. HARPOCRAT. et SUIDAS l. c. SCHOL. *Aristoph. ad*
82 *Vespas* v. 581. *Av.* 1652. et nothos fratres ab hereditate excludebant: vid. ARISTOPH. *Av.* 1640. seqq. et SCHOL. ad d. l. Neque solum ἐπίκληρος talis virgo dicebatur, sed et ἐπικληρῖτις ISAEO audivit, teste HARPOCRAT. v. ἐπίδικος: item Soloni, ut auctor est POLLUX L. III. Segm. 33. EURIPIDI ἔγκληρος *Iphig. Taur.* v. 682. unde et in *Hippol.* v. 1011. ἔγκληρον εὐνὴν προςλαβών. HESYCHIUS: ἔγκληρον, ἐπίκληρον, πλούσιον, ἐνούσιον: legendum esse πλουσίαν monuit JO. LUZACIUS in Lectionibus domesticis, ad d. l. *Hippolyti Euripidei,* cum solae foeminae ἐπίκληροι et ἔγκληροι dicantur. Apud Iones videtur filia unica heres πατρούχου nomen habuisse: certe ita vocatur ab HERODOTO L. VI. c. 57. vid. VALCKENAERIUS ad i. l. et RUHNKENIUS *ad Timaeum* v. πατρούχου παρθένου. Dores

illam appellarunt ἐπιπαματίδα, ἐπιπάμονα et ἐμπάμονα: quae vocabula originem ducunt a verbo πάω vel πάομαι possideo. Vid. MAUSSAC. *ad Harpocrat.* v. ἐπίδικος et v. κώδια: HEMSTERHUSIUS *ad Polluc.* L. X. s. 20. (ubi et EUSTATHIO ἐπιπαμάτιδας pro vitioso μάνδας reddidit) et *ad Hesychium* p. 1197. KUSTER et ALBERTI ad eundem v. ἐπιπαματίδα [cf. C. F. HERMANN l. l. p. 53.]. Jam vero, ne stirps extingueretur, saepius filiam ejusmodi unicam una cum hereditate alicui ex amicis testamento relinquebant, ea conditione, ut puer ex 83
illo natus in φράτορας defuncti inscriberetur: in cujus enim φράτορας quis esset receptus, ejus filius legitimus, sive nativitate, sive adoptione, habebatur. Vid. PETITUS *Comment. ad Leges Att.* L. II. Tit. 4. p. 223. et de ipso ritu SCHOLIASTES Comici ad *Ranas* v. 810. Quin et illi, qui unicam haberet filiam, non licuit aliter quemquam adoptare, nisi simul filiam suam illi in matrimonium elocaret. ISAEUS *de Pyrrhi Hered.* p. 44. v. 38. ὁ γὰρ νόμος διαῤῥήδην λέγει ἐξεῖναι διαθέσθαι ὅπως ἂν ἐθέλῃ τις τὰ ἑαυτοῦ, ἐὰν μὴ παῖδας γνησίους καταλίπῃ ἄῤῥενας· ἂν δὲ θηλείας καταλίπῃ, ἐπὶ ταύταις· οὐκοῦν μετὰ τῶν θυγατέρων ἔστι δοῦναι καὶ διαθέσθαι τὰ αὑτοῦ· ἄνευ δὲ τῶν γνησίων θυγατέρων οὐχ οἷόντε οὔτε ποιήσασθαι οὔτε δοῦναι οὐδενὶ οὐδὲν τῶν ἑαυτοῦ. [vide SCHOEM. p. 215.] Eadem Lex exstat apud DEMOSTHENEM *c. Macart.* [p. 1067. R. §. 51.] Conf. ISAEUS d. Or. p. 45. v. 18. seqq. DEMOSTH. *c. Macart.* p. 1054. R. §. 14. seq. *Steph.* p. 1134. R. §. 18. seqq. Pertinet huc locus ARISTOPHANIS in *Vespis* v. 581.

Κἂν ἀποθνήσκων ὁ πατήρ τῳ δῷ καταλιπὼν παῖδ' ἐπίκληρον,
Κλαίειν ἡμεῖς μακρὰ τὴν κεφαλὴν εἰπόντες τῇ διαθήκῃ,
Καὶ τῇ κόγχῃ τῇ πάνυ σεμνῶς τοῖς σημείοισιν ἐπούσῃ,
Ἔδομεν ταύτην, ὅστις ἂν ἡμᾶς ἀντιβολήσας ἀναπείσῃ.

et v. 587. 84

Τῆς δ' ἐπικλήρου τὴν διαθήκην ἀδικεῖς ἀνακογχυλιάζων.

Ita quidem juris erat, si quis testamentum fecisset: si vero intestato esset mortuus, is, qui genere proximus esset, lege jubebatur, puellam sibi in matrimonium petere, quod dicebatur ἐπιδικάζεσθαι τῆς ἐπικλήρου: et tum virgo fiebat ἐπίδικος. POLLUX L. III. s. 33. ἐπί-

δικος δὲ ἡ ἐπίκληρος λέγεται, ὑπὲρ ἧς ἀμφισβητοῦσι τινὲς ἀλλήλοις, ὡς μᾶλλον εἰς αὐτοὺς τῆς ἀγχιστείας καθηκούσης. Conf. L. VIII. s. 23. HARPOCRAT. et SUIDAS in v. Jus illud tradit ISAEUS d. Or. p. 44. v. 23. ἂν ὁ πατὴρ αὐτῶν τελευτήσαι (ita leg. videtur cum REISKIO) μὴ καταλιπὼν αὐταῖς γνησίους ἀδελφούς, τοῖς ἐγγύτατα γένους ἐπιδίκους εἶναι ὁ νόμος κελεύει κ. τ. λ. DEMOSTH. c. *Macart.* p. 1053. R. §. 13. ἐπιδικασάμενος ὡς γένει ὢν ἐγγυτάτω: p. 1056. R. §. 20. seqq. ὄντες γὰρ ἐν ταὐτῷ γένει Θεοπόμπῳ καὶ προςήκοντες ὁμοίως τῷ Ἁγνίᾳ, οὗ ἐστιν ὁ κλῆρος, οὐδεὶς αὐτῶν οὔτε πρότερον πώποτε, οὔτε νῦν ἠνώχλησεν ἡμῖν, οὔτε ἠμφισβήτησεν, οὔτε τοῦ κλήρου τοῦ Ἁγνίου, οὔτε τῆς γυναικὸς τῆς ἐπικλήρου, ἣν ἐγὼ ἔχω ἐπιδικασάμενος, ἡγούμενοι οὐδ᾽ ὁτιοῦν προςήκειν ἑαυτοῖς οὐδενὸς τῶν
85 Ἁγνίου: p. 1075. R. §. 74. ἐγὼ δ᾽ ἐπεδικασάμην τῆς τούτου μητρός. Vide et ISAEUM *de Philoct. Hered.* p. 62. init. *de Aristarchi Hered.* p. 80. init. DIODORUS SICULUS L. XII. c. 18. p. 490. Τρίτος δὲ νόμος διωρθώθη (a Charonda) ὁ περὶ τῶν ἐπικλήρων ὁ καὶ παρὰ Σόλωνι κείμενος· ἐκέλευε γὰρ τῇ ἐπικλήρῳ ἐπιδικάζεσθαι τὸν ἔγγιστα γένους, ὡςαύτως δὲ καὶ τὴν ἐπίκληρον ἐπιδικάζεσθαί τῷ ἀγχιστεῖ, ᾧ ἦν ἀνάγκη συνοικεῖν, ἢ πεντακοσίας ἐκτίσαι δραχμὰς εἰς προικὸς λόγον τῇ πενιχρᾷ ἐπικλήρῳ. Minus ex more Attico Diodorus verbum ἐπιδικάζεσθαι dativo jungit, quo Attici scriptores cum genitivo utuntur *); neque etiam satis accurate ex jure Attico dotem definivit, ut apparebit ex iis, quae

---

*) Cf. SCHOEM. in Ord. Jud. p. 462. n. 56. et ad Isaeum p. 446. Sic Lex apud Aeschin. in Timarch. p. 41. R. §. 16. Bekk. praebet καταψηφίζομαι cum Dat. conjunctum in verbis ᾧ ἂν τὸ δικαστήριον καταψηφισθῇ: quod corruptum puto. BEKKERI Grammaticus (Anecdott. T. I. p. 150: Καταψηφίζομαι: ἀντὶ τοῦ ἀναιρῶ, ἀνατρέπω δοτικῇ· ἐκ τοῦ τέλους τοῦ πρὸς Λεπτίνην (§. 163. BEKK.) „τί συμβήσεται καταψηφισαμένοις ὑμῖν τὸν νόμον;") ad tuendam structuram afferri nequit. Apud Lysiam in Agorat. §. 65. male scripsit FRANZIUS auctore BEKKERO: καὶ ἐν τῷ δικαστηρίῳ συκοφαντίαν κατέγνωτε pro omnium librorum lectione συκοφαντίας: duplicem Genitivum ex hoc verbo suspensum satis tuetur BLUMIUS ad Lycurg. p. 156. cf. SCHOEM. ad Isaeum p. 483. seqq. Quod legimus apud Lysiam de caede Eratosth. §. 30. τούτου μὴ καταγινώσκειν φόνου, id jure defendere videtur BREMIUS ad h. l. vide BERNHARDY. Syntax p. 243. Caeterum vide p. 133. SLUIT.

postea dicentur. TERENTIUS in *Adelphis* A. IV. Sc. 5. v. 16.

— — — Haec virgo orba est patre.
Hic meus amicus illi genere est proximus.
Huic leges cogunt nubere hanc.

in *Phormione*, quae fabula ex APOLLODORI *Ἐπιδικαζομένῃ* est desumta, A. I. Sc. 2. v. 75.

Lex est, ut orbae, qui sint genere proximi,
Eis nubant: et illos ducere eadem haec Lex jubet.

Conf. BUDAEUS *Comment. L. Gr.* p. m. 81. GROTIUS *Comment. ad Matth.* I. v. 16. et PETITUS *Comment. ad Leges Att.* L. VI. T. I. p. 535. et 539. seqq. Actio, qua cognati petebant *τὴν ἐπίκληρον*, et de *ἀγχιστείᾳ* 66
inter se contendebant, dicebatur *πρόςκλησις*. POLLUX L. VIII. Segm. 62. *πρόςκλησις δέ ἐστιν ἐπὶ τῶν ἀμφισβητούντων κλήρου καὶ ἐπικλήρου.*

Si quis autem virginem *ἐπίκληρον* judicio esset adeptus, tenebatur ter singulis mensibus cum hac uxore sua concumbere: quod si ipse virili officio fungi non posset, cognati proximi illius loco id facere debebant: neque tamen licebat uxori *ἐπικλήρῳ* cum alio viro rem habere, nisi cum proximis mariti cognatis, ut tradit PLUTARCHUS in *Solone* p. 89. B. C. Maritus ille, cui puella erat adjudicata, simul quoque fiebat *κύριος τῆς ἐπικλήρου*: tutorem enim legitimum, (*τὸν κύριον*, non vero *τὸν ἐπίτροπον*) qualis erat, qui genere esset proximus, ducere eam oportebat: si vero ipse ducere non posset, alii elocare debebat, qui simul tutelam mulieris susciperet. Lex est apud DEMOSTHENEM *c. Steph.* II. p. 1134. R. §. 18. *ἣν ἂν ἐγγυήσῃ ἐπὶ δικαίοις δάμαρτα εἶναι ἢ πατὴρ ἢ ἀδελφὸς ὁμοπάτωρ, ἢ πάππος ὁ πρὸς πατρὸς, ἐκ ταύτης εἶναι παῖδας γνησίους· ἐὰν δὲ μηδεὶς ᾖ τούτων, ἐὰν μὲν ἐπίκληρός τις ᾖ, τὸν κύριον ἔχειν, ἐὰν δὲ μὴ ᾖ, ὅτῳ ἂν ἐπιτρέψῃ, τοῦτον κύριον εἶναι.* Viduae *ἐπικλήρου* filius secundo post pubertatem anno, aetatis vigesimo, bona paterna et avita sibi acquirebat, matrique alimenta praestare tenebatur. Lex ait apud 67
DEMOSTHENEM d. l. §. 20. *καὶ ἐὰν ἐξ ἐπικλήρου τις γένηται καὶ ἅμα ἡβήσῃ ἐπὶ διετες, κρατεῖν τῶν χρημάτων, τὸν δὲ σῖτον μετρεῖν τῇ μητρί. Οὐκοῦν*, addit Demosthenes, *ὁ μὲν νόμος κελεύει τοὺς παῖδας ἡβήσαντας, κυρίους τῆς μητρὸς εἶναι· τὸν δὲ σῖτον μετρεῖν τῇ μητρί.* Conf. ISAEUS *de Cironis Hered.* p. 72. v. 17.

seqq. *de Aristarchi Hered.* p. 80. in fine. HYPERIDIS locum servavit HARPOCRATION v. *ἐπιδιετὲς ἡβῆσαι.* — *Ὑπερίδης ἐν τῷ πρὸς Χάρητα ἐπιτροπικῷ. Ἐπειδὴ δὲ ἐνεγράφην ἐγὼ, καὶ ὁ νόμος ἀποδέδωκε τὴν κομιδὴν τῶν καταλειφθέντων τῇ μητρὶ, ὃς κελεύει κυρίους εἶναι τῆς ἐπικλήρου, καὶ τῆς οὐσίας ἁπάσης τοὺς παῖδας, ἐπειδὰν ἐπιδιετὲς ἡβῶσιν.* Conf. PETITUS L. VI. T. 2. p. 555. Cognati illi proximi dicebantur *ἀγχιστεῖς*: vid. POLLUX L. III. s. 33. AMMONIUS *de Diff. Vocab.* p. 3. *Ἀγχιστεῖς, καὶ Συγγενεῖς, καὶ Οἰκεῖοι διαφέρουσιν. Ἀγχιστεῖς μὲν γὰρ, οἷς, ἐπειδάν τις ἐκ τοῦ γένους ἀποθάνῃ, συγχωρεῖ ὁ νόμος ἀντιποιεῖσθαι τῶν τούτου δικαίων· Συγγενεῖς δὲ, οἱ ὄντες ἐκ τοῦ αὐτοῦ γένους, οὐ καλούμενοι δὲ ὑπὸ τῶν νόμων ἐπὶ τὰ ἀγχιστικὰ δίκαια· Οἰκεῖοι δὲ οἱ κατ' ἐπιγαμίαν ἐπιμιχθέντες τῷ οἴκῳ*: ad quem locum egregium conf. VALCKENAERIUS in *Animadversion.* p. 4. seqq. SUIDAS: *Ἀγχιστεία, ἡ*
88 *μετουσία τῆς οὐσίας παρὰ Ἀριστοφάνει ἐν Ὄρνισι* (v. 1660.) *νόθῳ μὴ εἶναι ἀγχιστείαν.* Hujus vero *ἀγχιστείας* primus erat patruus, argumento Legis cit. ex DEMOSTH. p. 1134. R. §. 18. nam ibi si neque sit pater, neque frater, neque avus paternus, tutor jubetur sibi ipse habere pupillam, vel elocare. At quis tandem post illos quos diximus genere proximus est, nisi patruus? Et licuisse Athenis fratrum sororumque filias uxores ducere, res est satis cognita. Talis matrimonii exemplum est apud LYSIAM Or. c. *Diogit.* apud DION. HALIC. in *Vita Lysiae* p. 209. ubi Diodotus filiam fratris germani Diogitonis unicam uxorem ducit. Ultimus autem *ἀγχιστέων* lege erat designatus consobrini filius. DEMOSTH. c. *Macart.* p. 1158. R. §. 27. *τῷ μὲν παιδὶ τούτῳ ἐστὶν ὄνομα τῶν ἐν τῷ νόμῳ εἰρημένων, καὶ μέχρι οὗ ὁ νόμος κελεύει τὴν ἀγχιστείαν εἶναι, ἀνεψιοῦ γὰρ Ἁγνίου παῖς ἐστιν.* SCHOLIASTES *Luciani in Timon.* c. 5. p. 166. *ἀγχιστεὺς καὶ ἀγχιστεία, ἡ συγγένεια· καὶ ἀγχιστεῖς οἱ ἀπὸ ἀδελφῶν καὶ ἀνεψιῶν καὶ θείων κατὰ πατέρα καὶ μητέρα ἐγγυτάτω τοῦ τελευτήσαντος· οἱ δὲ ἔξω τούτων συγγενεῖς μόνον· οἱ δὲ κατ' ἐπιγαμίαν μιχθέντες τοῖς οἴκοις, οἰκεῖοι λέγονται*: ita hic locus legendus ex SUIDA, qui Scholiastae verba in Lexicon suum transtulit v. *Ἀγχιστεύς.* Si vero *ἐπίκληρος* esset pauperrima,
89 quae minimum tributum sive *θητικὸν* penderet, proximus cognatus, si ipse eam habere nollet, alii viro elocans dotem dare tenebatur. Legem, qua dos illa definita est, servavit DEMOSTH. c. *Macart.* p. 1068. R. §. 54. *τῶν ἐπικλήρων, ὅσαι θητικὸν τελοῦσιν, ἐὰν μὴ βου-*

ληται ἔχειν ὁ ἐγγύτατα γένους, ἐκδιδότω ἐπιδοὺς ὁ μὲν πεντακοσιομέδιμνος πεντακοσίας δραχμὰς, ὁ δ' ἱππεὺς τριακοσίας, ὁ δὲ ζευγίτης ἑκατὸν πεντήκοντα, πρὸς οἷς αὐτῆς· (ita leg. cum LAMBINO et REISKIO [vide SCHAEF. in Apparatu T. V. p. 116.] *ἐὰν δὲ μὴ πλείους ὦσιν ἐν τῷ αὐτῷ γένει, τῇ ἐπικλήρῳ πρὸς μέρος ἐπιδιδόναι ἕκαστον· ἐὰν δ' αἱ γυναῖκες πλείους ὦσι, μὴ ἐπάναγκες εἶναι πλέον, ἢ μίαν ἐκδοῦναι τῷ γένει· ἀλλὰ τὸν ἐγγύτατα δεῖ ἐκδιδόναι, ἢ αὐτὸν ἔχειν· ἐὰν δὲ μὴ ἔχῃ ὁ ἐγγύτατα γένους, ἢ μὴ ἐκδῷ, ὁ ἄρχων ἐπαναγκαζέτω, ἢ αὐτὸν ἔχειν, ἢ ἐκδοῦναι· ἐὰν δὲ μὴ ἐπαναγκάσῃ ὁ ἄρχων, ὀφειλέτω χιλίας δραχμὰς ἱερὰς τῇ Ἥρα· ἀπογραφέτω δὲ τὸν μὴ ποιοῦντα ταῦτα ὁ βουλόμενος πρὸς τὸν ἄρχοντα:* particulam *μὴ* ante v. *πλείους* delendam esse, ex sententia manifestum est: nam quomodo quaeso singuli partem conferant in dotem, si non plures uno sint cognati. Citat autem h. l. HARPOCRATION v. *θῆτες*. Idemque v. *ἐπίδικος* dicit ex DINARCHI Oratione *περὶ τοῦ μὴ ἐπίδικον εἶναι* caet. manifestum esse, *ὅτι τὰς ἀπορουμένας κόρας ἐξεδίδοσαν οἱ ἄγχιστα γένους πέντε μνᾶς ἐπιδόντες:* POLLUX L. III. s. 33. *ἡ μέντοι κλῆρον οὐκ* 90
ἔχουσα πατρῷον, θῆσσα καλεῖται, ἣν ὁ ἀγχιστεὺς ἐκδίδωσιν, ἂν ἑτέρᾳ συνοικῇ, ἢ πάντως γαμεῖ. Ex hoc jure illud est, quod ait Terentianus ille Demipho, in *Phormione* A. II. Sc. I. v. 65.

— — Verum si cognata est maxime,
Non fuit necesse habere: sed, id quod Lex jubet,
Dotem daretis: quaereret alium virum.

et Sc. 3. v. 62.

Itidem ut cognata si sit, id quod Lex jubet
Dotem dare, abduce hanc; minas quinque accipe.

Neque ultra certam aetatem ducere quis cogebatur; ait enim Phormio v. 75.

Tuus est damnatus gnatus, non tu: nam tua
Praeterierat jam ad ducendum aetas. —

Hujus juris ratio secundum TERENTIUM d. l. v. 68. est:

Ut ne quid turpe civis in se admitteret
Propter egestatem. —

Quod vero ultimo loco Lex dicit, posse quicumque velit, accusare illum, qui contra hanc Legem faciat, apparet quoque ex TERENTII *Phormione* A. I. Sc. 2. v. 77. ubi Phormio hoc consilium dedisse narratur Antiphoni:

91 *Ego te cognatum dicam, et tibi scribam dicam;*
Paternum amicum me assimulabo virginis.
Ad judices veniemus: qui fuerit pater,
Quae mater, qui cognata tibi sit; omnia haec
Confingam: quod erit mihi bonum atque commodum;
Quum tu harum nihil refelles, vincam scilicet.

Illud autem ISAEUS latius etiam extendit, qui docet universe cuivis licuisse, per *εἰςαγγελίαν* opem ferre *ταῖς ἐπικλήροις*, si male a maritis istis tractarentur, *de Pyrrhi Hered.* p. 42. v. 25. seqq. *μόνων τούτων τῶν δικῶν ἀκινδύνων τοῖς διώκουσιν οὐσῶν, καὶ ἐξὸν τῷ βουλομένῳ βοηθεῖν ταῖς ἐπικλήροις· οὔτε γὰρ ἐπιτίμιον ταῖς πρὸς τὸν ἄρχοντα εἰςαγγελίαις ἔνεστιν* (leg. cum REISKIO *ἔπεστιν*) *οὐδ' ἐὰν οὐδεμίαν τῶν ψήφων οἱ εἰςαγγείλαντες μεταλάβωσιν· οὔτε πρυτανεῖα, οὔτε παράστασις οὐδεμία τίθεται τῶν εἰςαγγελιῶν· ἀλλὰ τοῖς μὲν διώκουσιν ἀκινδύνως εἰςαγγέλλειν ἔξεστι τῷ βουλομένῳ, τοῖς δ' ἁλισκομένοις ἐσχάται τιμωρίαι ταῖς εἰςαγγελίαις ἔπεισιν.* [vide SCHOEMANNUM p. 252. seqq.] HARPOCRATION v. *εἰςαγγελία* tres hujus accusationis species explicat: unam de publicis criminibus, de quibus Lex non nominatim ageret: alteram, qua utebantur adversus arbitros, qui mala fide egissent: *ἕτερα δὲ*, addit, *εἰςαγγελία λέγεται*
92 *ἐπὶ ταῖς κακώσεσιν· αὗται δέ εἰσι πρὸς τὸν ἄρχοντα, καὶ τῷ διώκοντι ἀζήμιοι, κἂν μὴ μεταλάβῃ τὸ πεμπτὸν μέρος τῶν ψήφων.* At POLLUX L. VIII. s. 53. ait: *Δημοσθένης δ' ἐν τῷ κατὰ Μέδοντος καὶ κατὰ τῶν μὴ προςηκόντων τῇ ἐπικλήρῳ συνοικούντων γίγνεσθαι τὰς εἰςαγγελίας λέγει.* Licet igitur quis vel ex testamento, vel ex judicio, haberet *ἐπίκληρον*, tamen illa poterat evinci a cognato propiore, quorum prius legibus non fuisse licitum videtur indicare locus ARISTOPHANIS ante cit. et ISAEI *de Pyrrhi Hered.* p. 44. v. 21. seqq. alterum licuisse in confesso est, et actionem hac in re usitatam fuisse *πρόςκλησιν* sive *πρόκλησιν*, apparet ex DEMOSTH. c. *Macart.* p. 1054. R. §. 15. Archontem habuisse de his litibus jurisdictionem ex ll. all. satis apparuit: quibus addi possunt LYSIAS *Alcib.* or. II. §. 3. ISAEUS d. Or. p. 43. v. 9. et 13. DEMOSTH. *adv. Lacr.* p.

940. R. §. 48. *adv. Pantaen.* p. 976. R. §. 33. seq. *adv. Steph.* II. p. 1136. R. §. 22. fin. POLLUX L. VIII. s. 89. HARPOCRAT. v. ἡγεμονία δικαστηρίου. At de ἐπικλήροις τῶν μετοίκων, ut de omnibus, quae ad illos pertinerent, jus dicebat Polemarchus: vid. BUDAEUS *Comment. L. Gr.* p. m. 81. SIGONIUS *de Rep. Athen.* L. III. c. I. et L. IV. c. 3. PETITUS *Comment. ad Leges Att.* l. c. et L. VI. T. 2. p. 551. seq. Ex hoc jure Attico desumtae fuerunt complures veterum Comoediae. ALEXIDIS, ANTIPHANIS, HENIOCHI, 93
DIODORI SINOPENSIS citantur fabulae *Ἐπίκληρος* inscriptae; MENANDRI duae exstiterunt hoc titulo: DIPHILI *Ἐπίκληρος* et *Ἐπιδικαζόμενος*: APOLLODORI *Ἐπιδικαζόμενος* olim exstitit, diversa ab *Ἐπιδικαζομένῃ*, ex qua *Phormionem* suum transtulit TERENTIUS; hanc enim fuisse inscriptam *Ἐπιδικαζομένην* vel ex Terentiana fabula est manifestum, cum non juvenis puellam, sed Phormio, nomine puellae, juvenem volentem in judicio coëgerit, ut duceret amatam.

Haec autem quoniam aliquanto latius exposuimus, ne quid obscurum hac parte esset, videndum, quid ad res Andocidis illustrandas faciant. Epilycus Tisandri filius, vir item in republica clarus et generis nobilitate excellens, avunculus Andocidis, (vid. Or. *de Myst.* §. 117. *de Pace* §. 29.) sine mascula prole, decesserat in Sicilia: filias reliquerat duas, quae jure ἀγχιστείας, cum essent ἐπίκληροι, cedebant consobrinis, Andocidi et Leagro. Puellae istae in re angusta erant: nam debita patris defuncti pluris erant quam quinque talentorum; praediorum illius aestimatio ne duorum quidem talentorum erat. Convenit tamen inter Andocidem et Leagrum, ut puellarum sibi quisque unam jure ἀγχιστείας peteret, cum satis fuisset illis alterutram vel sibi petere, vel cum dote elocare, secundum Legem supra cit. apud DEMOSTH. 94
c. *Macart.* p. 1067. fin. R. §. 54. Fecerunt quod erat statutum; et, quam quidem Andocides acceperat puellam, ea brevi mortua est: quam vero Leager, salva mansit. Hanc sibi habere cupiebat Callias Hipponici filius, gente nobilissima Athenis ortus, vir improbus, Veneri apprime deditus, scortorum amantissimus, quo amore id effecit, ut bona sua admodum minueret, ac prorsus fere disperderet: (vid. ARISTOPH. *Ran.* 431. seqq. *Av.* 285. seqq. *Eccles.* 805. et Scholia ad dd. ll. ANDOC. *de Myst.* §. 130. seqq. PERIZONIUS *ad Aelian. V. H.* L. IV. c. 16. et 23.) ut ne duo quidem talenta in hereditate paterna invenerit, cum avus ejus ducentis census talen-

tis fuisset, ut LYSIAS ait *de Bonis Aristoph.* §. 48. idque ex eo fit verisimile, quod viventis adhuc patris bona eum dilapidasse dicit ANDOC. d. l. Ridiculam ejus Orationem, quum legatus de pace ad Lacedaemonios missus esset, pro viri ingenio describit XENOPHON *Hellen.* L. VI. c. 3. §. 4. in qua non nisi se ipse laudat et fabulas narrat: tantum ad eloquentiam profecerat ex Eveni Parii, Protagorae, aliorumque Sophistarum disciplina: ab his enim fuit edoctus, atque magnam iis pro institutione persolvit mercedem: ut tradunt PLATO *Apol. Socr.* p. 20. A. et XENOPHON C. I. *Symposii*, quod domi ejus
95 habitum descripsit: ubi facete ipsius ingenium ridet c. 4. Caeterum Calliarum genus omnium optime exposuerunt PALMER. *ad Aristoph. Aves* in *Exercit. ad Auct. Gr.* p. 754. et PERIZON. *ad Aelian. V. H.* L. XIV. c. 16. *) Callias igitur cum Epilyci filiam sibi habere vellet, atque illud data pecunia a Leagro impetrasset, id ne fieret, intercessit Andocides, et Leagrum ad Archontem in jus vocavit, postulans ut vel ipse, utpote *ἀγχιστεὺς*, Epilyci filiam haberet vel sibi cederet. At vero Callias, quum se rem cum Leagro conficere non posse videret, in judicio experiri voluit, et filio suo, tanquam *ἀγχιστεῖ*, puellam petiit: ipse enim post Andocidem et Leagrum proximus illi erat cognatus. Quippe Leagrum credibile est fuisse filium Glauconis, **) quocum classi praefuerat Andocides: is enim dicitur fuisse Leagri filius; et verosimile est illum item filium habuisse Leagrum; de qua nominum avi et nepotis successione jam ante diximus. At Glauconis filiam, quae Leagri soror fuerit, in matrimonio habuit Callias, et ex illa filium Hipponicum procreavit: vid. ANDOCIDES §. 126. ut hic uno gradu fuerit remotior, quam Leager et Andocides. Cum vero intelligeret, unum sibi impedimento esse Andocidem, quo minus *τὴν ἐπίκληρον* sibi acquireret Hip-
96 ponicus, Cephissio pessimo sycophantae pecuniam dedit,

---


*) Vide CHR. LUD. BOSSLERUM de gentibus et familiis Atticae sacerdotali. Darmstadii 1833. et doctam hujus libelli Censuram in Actis Diurn. Scholastt. 1833. Mai p. 477. seqq.

**) Iure statuit SLUITER. Leagrum Glauconis filium fuisse. Vide Athen. T. I. p. 155. DIND. et DOBRAEUM in Adversar. T. I. p. 184.

Juvat huc Andocidis stemma ab eodem BOSSLERO l. l. p. 31. confectum transcribere.

ut ἐνδείξεως litem illi inferret. Juvabant hunc alii, vectigalium redemtores, quos Andocides licitando superave-

---



Errat vero SLUITER, credens Calliam pro Hipponico (filio quem habuit e Glauconis filia s. Leagri II. sorore) petiisse puellam. Verba paragraphi 124, 125 et 129. docent, eum,

rat, et effecerat, ne vectigalia vilissimo pretio redimerent; ex quorum numero nebulo iste erat Agyrrhius: de quo vid. ARISTOPH. *Plut.* 176. ibique Scholia et *Eccles.* 102. et 184. HARPOCRAT. v. *Ἀγύῤῥιος* et *θεωρικά*, VALCKENAERIUS *Diatr. Eurip.* c. 25. p. 293. c. His accesserunt Melitus, idem, credo, qui Socratem accusavit, et Epichares: vid. ANDOC. §. 95. seqq. haec enim *ἐνδείξεως* accusatio eo spectabat, ne illi in forum venire liceret, et praejudicium faciebat Andocidi, ne ipse causam suam ageret, et jus suum defenderet. Callias vero, judicii exitum exspectare non ausus, novum quoddam in Andocidem machinatus est, quo efficeret, ut inauditus moreretur. Nam, quum Lex esset Solonis, ut, qui *ἱκετηρίαν*, sive oleae ramum lana obvolutum, supplicis signum, in Eleusiniae Cereris templo deponeret, 1000 drachmis multaretur; Callias ramum deposuit, et Andocidem deposuisse in judicio finxit, postulavitque ut inauditus capite plecteretur, secundum Legem, quae poenam capitis in illum statueret, qui in festo Eleusiniorum *ἱκετηρίαν* deposuisset. Quas illum duas leges in Andocidis perniciem inter se confudisse credo, cum illae de
97 plane diversis causis agerent, altera de *ἱκετηρίᾳ* in festo Eleusiniorum, altera de eadem alio tempore in Cereris templo deposita; et ita explicandum arbitror difficilem ANDOCIDIS locum *de Myst.* §. 110. seqq. At Orator crimina in se collata luculenta illa, quae *de Mysteriis* inscribitur, oratione ita a se depulit, ut judicum sententiis sit absolutus.

Hoc judicio, quod et causae suae justitia, et sua fretus dicendi vi, nulla re coactus, sua sponte sustinuit, (vid. Or. *de Myst.* init. et LYSIAS §. 32.) liberatus

---

cui petiit filiam, filium fuisse Chrysiadis (sic enim dicitur Ischomachi vidua §. 127) quacum rem habuit Callias. Quamquam vero prioribus ipse dixerat Andocides, Calliam petiisse illam puellam filio, tamen §. 128., quae est ejus acerbitas in Calliam, haec affert: *φέρε δὴ τοίνυν, ὦ ἄνδρες, σκεψώμεθα εἴ πώ ποτε ἐν τοῖς Ἕλλησι πρᾶγμα τοιοῦτον ἐγένετο, ὅπου γυναῖκά τις γήμας ἐπέγημε τῇ θυγατρὶ τὴν μητέρα καὶ ἐξήλασεν ἡ μήτηρ τὴν θυγατέρα· ταύτῃ δὲ συνοικῶν βούλεται τὴν Ἐπιλύκου θυγατέρα λαβεῖν, ἵν' ἐξελάσῃ τὴν τήθην ἡ θυγατριδῆ.* tamquam ipse sibi petiisset puellam. Caeterum bene A. G. BECKER. p. 196. adnotavit haec: Kallias zweite Frau, die Tochter des Ischomachus, war also früher die Gattinn des Epilycus und Mutter jener beiden Töchter. Kallias ging also damit um Ehegatte der **Grossmutter, Tochter und Enkelinn** zu werden! —

Andocides pristinum in civitate locum tenuisse videtur, et sex vel septem post annos legatus Lacedaemonem ad pacem componendam missus est: in qua legatione cum male se gessisse judicaretur, παραπρεσβείας judicio condemnatus, in exilium expulsus, exul obiit, (vid. PSEUDO-PLUTARCHUS et PHOTIUS) stirpis suae ultimus. Nam liberos illum reliquisse non est probabile, cum septuagesimo aetatis anno, quo causam ἐνδείξεως sive de Mysteriis oravit, nullos procreasset: vid. §. 146. et 148. fin. quod cum vitae illius errabundae tribuendum puto, tum impu[illegible] Veneris studio, cui deditum fuisse Oratorem satis [illegible]t ex loco *de Myst.* §. 100. ubi objectum sibi turpis amoris probrum retorquet quidem in adversarium, non ipse a se amovet *): neque illud abhorret ab indole moribusque et Andocidis, et universorum Athe- 98
niensium, ac maxime divitum et potentum isthac aetate: quod haud negabit qui in Oratorum et Aristophanis lectione aliquantum sit versatus. Quod autem Antiphontem Andocidi filium dant Scholia ARISTOPH. *ad Vesp.* 1262. locus procul dubio mutilus est, et videntur nonnulla de Antiphonte fuisse dicta, tum de Leogora subjecisse Scholiasten, illum fuisse patrem Andocidis. Fratres habuit nullos: vid. §. 148. fin. sororem unicam, Calliae Teleclis filio nuptam: vid. §. 42. fortunas magnas, quas tamen ipse postea valde imminutas esse dicit *de Myst.* §. 144. et confirmat LYSIAS §. 31.

Haec igitur nobis de vita rebusque gestis Andocidis dicta sufficiant, qui, variis jactatus fortunae fluctibus, modo florens in Republica, modo in carcerem detrusus, vitam egit miseram, civibus suis odiosus; apud posteros clarus eloquentiae laude, contemtus propter morum pravitatem. Jam vero de scriptis illius videamus, et ad partem criticam accedamus.

---

*) Vide igitur, quo jure DOBRAEUS in Advers. I. p. 182 haec scripserit: „Non continuo affingendum crimen ἑταιρείας Andocidi. Forsan in aliquem ejus ex patronis (τοῖς ᾑρημένοις συνδικεῖν §. 150.) hoc jecerat. Similia Demosth. de F. L. p. 403. 26. R. et 433. 18." Certe Demosthenes se contra adversariorum crimen defendit.

99 # CAPUT SEXTUM.

Qua in re ab aequalibus discrepet ANDOCIDES. *Oratio* de Mysteriis *in causa* ἐνδείξεως *versatur: dedita opera passim emendatur.* ANDOCIDES CRATINUM *imitatus, ab aliis iterum expressus.* Προκαταγινώσκειν. Γῆ καὶ χώρια ἐπαρκοῦντα. Ἕτερος *et* ἑταῖρος *in* MSS. *permutantur: emendatur* XENOPHON. Πολέμαρχος *de* μετοίκοις *judicabat.* Θημακεύς. *De litium* εἰςαγωγῇ *et munere Regis sacrorum.* Τί παθεῖν. Λόγιος *quis?* Ἐπισκήπτειν. Ἀνειπεῖν. Μάλιστα. *Phrynichi quinque fere aequales distinguuntur. Lacritus.* Πῶλος λειπογνώμων. Κάμνειν. *Emendantur* HARPOCRATION *et Auctor* Epistolarum Socraticarum. Φίλοι δὶ ἡμᾶς. *Amiantus.*

Cum caeterarum artium ac disciplinarum aut inventrices aut altrices exstiterunt Athenae, tum eloquentia in ea urbe et nata esse et alta vere existimatur: non illam dico, quae in poëtis cernitur, sed eam, quae in republi-
100 ca, quae in foro, quae in illustrandis aliis disciplinis versatur: Athenis primum se orator extulit, primumque monumentis et literis oratio est coepta mandari. Cum vero jam Themistocles aliique, et illius aetate, et post illum, eloquentia praestitisse dicantur, nullius tamen, ut Oratoris, ante tempora Antiphontis scripta fuerunt, neque quisquam hoc munus seorsum ab aliis et separatum professus est. Postquam autem Gorgias et Antiphon Rhetoricas scholas Athenis aperuerunt, tantum derepente exarsit dicendi studium, ut humanior nemo videretur, qui non Rhetoribus eorumque arti studium impensius tribuisset. Primae autem aetatis nulla ad nostram memoriam monumenta servata sunt, nisi Antiphontis aliquot Orationes, fortasse spuriae; Andocidis paucae; Lysiae plures: ex quibus de dicendi genere illius aetatis possit judicari. At vero Andocides, medius paene interjectus inter Antiphontem et Lysiam, illo duodecim fere annis mi-

nor, hoc novem annis major natu, diversum aliquanto ab
illis secutus est dicendi genus. Ipse enim non nisi suas
causas aut reipublicae attigit, neque constat an artem di-
dicerit, nisi fortasse Gorgiam audierit, qui eo adolescente
jam docebat Athenis: illi autem et ipsi Rhetoricam do-
cuerunt, et aliis scripserunt Orationes, quibus in judicio
uterentur. Cum igitur non nisi publicas causas tractet
Andocides, plurimum ipse in republica versatus, facile 101
intelligitur, quantum illius lectio valeat, cum ad rempu-
blicam ac res gestas, tum ad ingenium et mores Athe-
niensium cognoscendos: praesertim cum, et florente re-
publica, et collapsa, vixerit, et instauratam iterum vide-
rit. Talis igitur tantusque cognitionis fons cum sit no-
bis Andocides, non inutilem nos operam, neque ingra-
tam eruditis facturos existimamus, si sordibus illum, qui-
bus scatet, expurgantes, puriorem reddamus et limpidio-
rem; maxime quidem quum non tantum nostras conje-
cturas et animadversiones fortasse leviores, sed et Codi-
cis ms. auctoritatem, et Valckenaerii ingenium et copiam,
adjumenta adferamus.

Est autem praestantissimum ingenii Andocidei mo-
numentum, quod magno cum literarum bono etiamnum
habemus, Oratio *de Mysteriis*, in qua, cum ab adversa-
riis *ἐνδείξεως* actione in judicium vocaretur, contendit, se
neque peccasse, neque, si peccasset, teneri amplius illa
actione, quoniam cives post expulsos xxx Tyrannos id
inter se essent pacti et jurassent, ne ullam injuriae ante
illatae memoriam haberent; atque, hac opportunitate obla-
ta, multa subtiliter et egregie disputat de reditu exulum
et decretis illo tempore factis; quae historiae Atticae lu-
cem non exiguam adferunt. Causam *ἐνδείξεως* in hac 102
Oratione tractari, quamvis inscribatur *de Mysteriis*, ap-
paret ex pluribus ipsius Orationis locis: §. 8. dicit se
dubitare, unde primum sumat defensionis initium, *πότε-
ρον ἐκ τῶν τελευταίων, ὡς παρανόμως με ἐνέδειξαν*, et
§. 10. se primum dicturum de ipsa causa, *ὅθενπερ ἡ
ἔνδειξις ἐγένετο, διόπερ εἰς τὸν ἀγῶνα τόνδε κατέστην,
περὶ τῶν μυστηρίων*: §. 29. *περὶ μὲν τῶν μυστηρίων,
ὧν εἵνεκα ἡ ἔνδειξις ἐγένετο — ἀποδέδεικταί μοι κ. τ. λ.*
§. 111. *ἐπειδὴ γὰρ ἤλθομεν Ἐλευσινόθεν, καὶ ἡ ἔνδειξις
ἐγεγένητο*: §. 121. *δοὺς Κηφισίῳ χιλίας δραχμάς, ἐνδεί-
κνυσί με*. Conf. LYSIAS c. *Andoc*. §. 15. seqq. TAY-
LOR *Lect. Lys*. c. 6. Est autem *ἐνδείξεως*, quae hic
tractatur, species, qua contendit adversarius, non licere
adversario per Legem quamdam aut Scitum Populi, cer-
tas res agere, aut in certa loca venire, maxime templa,

Diisque consecrata loca, et in forum. Vid. de hac actione POLLUX L. VIII. s. 49. et 50. HARPOCRATION et SUIDAS v. *ἔνδειξις*: SIGONIUS *de Republ. Athen.* L. III. c. I. Fortasse haec Oratio *de Mysteriis* fuit inscripta, ut distingueretur ab Oratione *περὶ τῆς ἐνδείξεως*, jam ante ab Andocide dicta et edita.

Elegantissimum Orationis principium: *Τὴν μὲν παρασκευήν, ὦ ἄνδρες, καὶ τὴν προθυμίαν τῶν ἐχθρῶν*
103 *τῶν ἐμῶν — σχεδόν τι πάντες ἐπίστασθε*: e CRATINO expressum esse, monet CLEMENS ALEXANDRINUS (sive Grammaticus, quem ille descripsit) *Strom.* L. VI. p. 748. *Κρατίνου ἐν Πυτίνῃ εἰπόντος·*

Τὴν μὲν παρασκευὴν ἴσως γινώσκετε.

Ἀνδοκίδης ὁ ῥήτωρ λέγει, Τὴν μὲν παρασκευήν, ὦ ἄνδρες δικασταί, καὶ τὴν προθυμίαν τῶν ἐχθρῶν τῶν ἐμῶν σχεδόν τι πάντες εἴσεσθε. Andocidem vero, monente eodem, iterum imitati sunt *Λυσίας ἐν τῷ πρὸς Νικίαν ὑπὲρ παρακαταθήκης* (ita enim legendum cum RUHNKENIO *Histor. Crit. Or. Gr.* p. 40.) *Τὴν μὲν παρασκευήν, καὶ τὴν προθυμίαν τῶν ἀντιδίκων ὁρᾶτε, ὦ ἄνδρες δικασταί*: et AESCHINES initio Orationis *in Ctesiphontem*: *Τὴν μὲν παρασκευὴν ὁρᾶτε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ τὴν παράταξιν.* [ubi vide BREMI.] Sitne Andocides ex Clemente, an Clemens ex Andocide corrigendus, non ausim statuere. *)

§. 3. *Εἰκότως ἂν καὶ ὑμεῖς τοιαῦτα περὶ αὐτῶν γινώσκοιτε, ὅσα καὶ αὐτοὶ περὶ σφῶν αὐτῶν ἔγνωσαν.* Recte *οἷα* pro *ὅσα* emendat MARKLAND *ad Lysiam* p. 158. v. 21. Subjicit Orator: *ὁπόσοι δὲ πιστεύσαντες μηδὲν ἀδικεῖν ὑπέμειναν, δίκαιοι ἐστὲ καὶ ὑμεῖς περὶ τούτων τοιαύτην ἔχειν τὴν γνώμην, οἵανπερ καὶ αὐτοὶ περὶ σφῶν αὐτῶν ἔσχον, καὶ μὴ καταγινώσκειν ἀδικεῖν.* Optimam
104 lectionem praebet Codex ad marginem Editionis Aldinae excerptus: *καὶ μὴ προκαταγινώσκειν ἀδικεῖν.* Non enim propter eam, quam dicit rationem, illos condemnare non oportet, sed non praejudicata opinione, antequam res in

*) Injuria A. G. BECKER. IM. BEKKERUM notat. Minime hic vir scribere voluit *τῶν ἐχθρῶν τῶν ὑμῶν*, sed tantum *punctum* illud, quod post *τυχεῖν παρ' ὑμῶν* (§. 2. init.) legitur, cum *commate* commutare. — Caeterum vide PLATNER. Process. Praef. p. XLI. uberius de iis, quae Andocides in exordio profert, disputantem.

judicio examinata sit, credere illos injuste egisse. LYSIAS *de Bonis Aristoph.* §. 10. μὴ οὖν προκαταγινώσκετε ἀδικίαν τοῦ εἰς αὐτὸν μικρὰ δαπανῶντος. *Apol.* δήμου καταλ. §. 21. σφῶν αὐτῶν προκαταγνόντες ἀδικεῖν. DEMOSTHENES *pro Corona* p. 226. R. §. 2. τὸ ὁμοίως ἀμφοῖν ἀκροᾶσθαι· τοῦτο δ' ἐστὶν οὐ μόνον τὸ μὴ προκατεγνωκέναι μηδὲν, caet. *in Midiam* p. 586. R. §. 227. καὶ προκατέγνωκεν ὁ δῆμος τούτου.

§. 4. Τί γὰρ ἂν καὶ βουλόμενος Ἀνδοκίδης ἀγῶνα τοσοῦτον ὑπομείνοι, ἐν ᾧ ἔξεστι μὲν — ἔστι δὲ πλεύσαντι εἰς Κύπρον, ὅθενπερ ἥκει, ἡ πολλὴ καὶ ἀγαθὴ διδομένη καὶ δωρεὰ ὑπάρχουσα. Pro ὑπομείνοι, ἐν ᾧ Valckenaerius praefert ὑπομείνειεν, ᾧ: prouti aliquando se suspicatum esse scribit Reisk. Conf. LYCURGUM p. 197. R. §. 90. et p. 228. R. §. 130. Idemque ante Reiskium animadverterat pro ἡ πολλὴ legendum esse γῆ πολλή. In postremis Reiske δωρεὰ mutari vult in δωρεὰν ὑπάρχουσα, *gratuito datum*, quod non satis placet. Mihi majus vitium subesse videtur: forte olim scriptum exstitit καὶ χώρια ἐπαρκοῦντα. Distinguitur γῆ, *agri*, *arva* aedificiis vacua, a χωρίοις, *praediis*, in quibus et aedes 105 sunt ad inhabitandum idoneae: ἐπαρκεῖν rariori notione dicitur pro ἀρκεῖν vel ἐξαρκεῖν, *sufficere*, *satis esse*, *quantum ad victum opus sit*: ἐπαρκούντως pro ἀρκούντως, *sufficienter*, exstat apud SOPHOCLEM in *Electra* v. 354.

Οὐ ζῶ; κακῶς μὲν οἶδ᾽: ἐπαρκούντως δ' ἐμοί. *)

---

*) „At mutatio est nimia: nec verbum ἐπαρκεῖν, *suppeditare*, satis aptum huic loco. Propius ad verum accedamus legendo — γῆ πολλὴ καὶ ἀγαθὴ καὶ διδομένη δωρεὰ, καὶ ὑπάρχουσα h. s. *adest vero etiam Andocidi in Cyprum, unde venit, naviganti multa bonaque terra, et donata et propriis pecuniis parta.* Atticorum consuetudine τὰ ὑπάρχοντα sunt *propria bona* item *patrimonium*: opponuntur his aliunde vel recte, vel minus recte, acquisitis: quod uberius demonstrabimus ad Plutarchum, apud quem aliquoties dicitur *valere potentia* ἐξ οὐχ ὑπαρχόντων, *alienis opibus aliunde acquisitis, non propriis.* WYTTENB. l. l. p. 89. seqq. J. BEKKERUS etsi jure WYTTENBACHII scribendi rationem repudiavit, quum vix ὑπάρχειν talem habere possit significationem, male tamen scripsit ἡ πολλὴ καὶ ἀγαθή: quod an apte explicari possit, equidem vehementer dubito, nisi forte tota insula Cyprus in Andocidis fuit potestate. Mihi quidem non dubium est, quin recepto γῆ, quod facile corrumpi poterat, locus sic scribi et intelligi debeat: γῆ πολλὴ καὶ ἀγαθὴ διδομένη καὶ δωρεὰ ὑπάρ-

§. 5. *Ἄλλοθί τε γὰρ ὢν, πάντα τὰ ἀγαθὰ ἔχειν, στερόμενος τῆς πατρίδος, οὐκ ἂν δεξαίμην, τῆς πόλεως οὕτω διακειμένης, ὥςπερ αὐτοὶ ἐχθροὶ λέγουσι· πολὺ δ' ἂν αὐτῆς μᾶλλον ἐγὼ πολίτης δεξαίμην εἶναι κ. τ. λ.* Reiske conjecit *αὐτοὶ οἱ ἐχθροί.* Equidem potius scribendum existimem: *ὥςπερ αὐτὴν οἱ ἐχθροὶ λέγουσι*, nempe *διακεῖσθαι*: et sic etiam vidi postea conjecisse Valckenaerium, qui praeterea mox scribi mavult *πολύ γ' ἂν αὐτῆς* caet. At vero aliud mendum huic loco insidere videtur LUZACIO in praecedentibus, ita ut *γὰρ ὢν* mutandum sit in *παρὸν*, (quamvis et *γὰρ ὂν* admitti possit) accusativum absolutum pro genitivo, sicut Graeci participiis, *ὄν, παρόν, ἐξόν, καθῆκον, παρῆκον*, et reliquis uti solent: tum vero nominativus *στερόμενος* non ad praecedentia pertinebit, sed ad *δεξαίμην*, et locus sic erit constituendus: *ἄλλοθί τε παρὸν πάντα τὰ ἀγαθὰ ἔχειν, στερόμενος τῆς πατρίδος οὐκ ἂν δεξαί-*
106 *μην· τῆς τε πόλεώς οὕτω διακειμένης, ὥςπερ αὐτὴν οἱ ἐχθροὶ λέγουσι, πολύ γ' ἂν αὐτῆς μᾶλλον κ. τ. λ.* *)

χουσα — multa bonaque terra ei data est et quidem dono accepta. Nam terrae, quam dono accepit, eo magis adstrictus est. Καὶ est *et quidem*, ut jure jam REISK. monuit. Non igitur *δεδομένη* et *δωρεὰ ὑπαρχ.* idem significant. Ratio, qua solus Articulus scribi posset ἡ, intellecto γῇ, quod saepe fit, hoc loco mihi dura videtur.

*) Bene tuetur WYTTENB. l. l. p. 102. vulg. hac explicatione: *Alibi enim degens nolim exul omnibus frui bonis* i. e. *nolim enim alibi degens omnibus affluere bonis, ea conditione, ut patria privatus exul sim.* Caeterum facio ego cum SLUITERO verba *τῆς πόλεως οὕτω διακειμένης* ad seqq. referente et post *τῆς* pono illud *δὲ*, quod post *πολὺν* delendum. Sententia tum hoc modo procedit: *Nolim enim alibi degens omnibus affluere bonis ea conditione, ut patria privatus exul sim. Urbis vero, quam ita comparata sit, ut adversarii ipsi dicunt, malim ego omnium maxime civis esse, quam caet.* — De *τε γὰρ δὲ* vide, quae docte monuit SAUPPIUS in JAHNII Anall. 1832. T. VI. fasc. 1. p. 68. seqq. Nam ad antecedentt. si verba retuleris c. BEKK. (et SCHAEFERO ad Lamb. Bos p. 739., qui quidem recte statuit hic Genitivos absolutos inveniri, neque vero, ut LAMB. voluit, Genitivos pendere e verbo *δέχομαι* significatu *praeferendi*, ut e. g. explicari deberet locus *de reditu* §. 21. *ἐδεξάμην δ' ἂν πάντων χρημάτων εἶναι.* At h. l., si quid video, non debebat BEKK. mutare omnium librorum scripturam *ἀντὶ πάντων χρημ.*, etsi §. 4. legitur: *οὐδενὸς ἂν χρήματος δεξ.* Praepositionem tuetur Demosth. locus in Olynth. I. init.) nimis languerent et *πολὺ δ' ἂν αὐτῆς κ. τ. λ.* nimis abrupte dictum esset. —

§. 6. *Αἰτοῦμαι οὖν ὑμᾶς* caet. describit fere haec Andocidea LYSIAS *de Bonis Aristoph.* §. 2. seqq. ut animadvertit Valckenaerius, et monuerunt TAYLOR ad d. l. Lysiae, et *Lect. Lys.* c. 2. p. 678. et 679. et REISK. ad. h. l. *)

§. 7. *Οἱ δὲ αὖ μαρτυρήσαντες τὰ ψευδῆ, ἀδίκως ἀνθρώπους ἀπολέσαντες, ἑάλωσαν παρ' ὑμῖν ψευδομαρτυριῶντες, ἡνίκ' οὐδὲν ἦν πλέον τοῖς πεπονθόσιν.* Fuit cum suspicarer ἀνθρώπους sive ἀνους, ut in mss. exarari solet, corruptum esse ex ἄλλους. Acutius Valcken. conjecerat ἀθώους. Sed, ne ita legamus, vetat locus LYSIAE ex hoc desumtus. Valckenaerius quoque cum Reiskio malebat ψευδομαρτυριῶν, quum ἁλῶναι ψευδομαρτυριῶν apud Oratores sit solenne: animadvertit tamen idem, ἑάλωσαν ψευδομαρτυριῶντες etiam esse apud ISAEUM p. 52. v. 14. uti et in d. l. LYSIAE. **)

§. 9. *Τὰ μὲν οὖν δίκαια γινώσκειν ἡμᾶς ἡγοῦμαι, καὶ λόγους παρεσκευάσθαι, οἷςπερ ἐγὼ πιστεύσας ὑπέμεινα. ὁρῶ δ' ὑμᾶς — περὶ πλείστου τοῦτο ποιουμένους* caet. Reiske putat legendum esse: *καὶ λόγους ἀποδέχεσθαι παρεσκευάσθαι* [hoc sensu: ego arbitror vos esse paratos eoque animo ad judicandum accessisse, ut recta statuatis, et orationi (recte docenti) concedatis.]: quod mihi non item videtur. Equidem conjeci: *τὰ μὲν οὖν δίκαια γνώσειν ὑμᾶς ἡγοῦμαι, καὶ* (vel 107
forte *ἡγούμενος*,) *λόγους παρεσκεύασμαι, οἷςπερ ἐγὼ πι-*

---

*) Vide quae de his uberius disputavit L. SPENGELIUS in Συναγωγὴ τεχν. p. 106. seqq. „οὖν a STEPH. profectum est; in Aldina legitur ἐπὶ, pro quo SCALIGER. correxit ἔτι" REISK. Ex his fecit A. G. BECKER. αἰτοῦμαι οὖν ἔτι (non SCALIG.) ὑμᾶς: quod non necessarium puto. Facio c. I. BEKK. οὖν ὑμᾶς sine ulla Codd. varietate reponente.

**) Vide SCHOEM. ad Isaeum p. 300. Apud Lys. l. l. non legitur ψευδομαρτυριῶν, id quod SPENGELIUM ipsum l. l. commovit, ut ex Andocide ejicere vellet ψευδομαρτ. At vocabulum omnibus Codd. firmatur, nisi quod LZ. exhibent ψευδομαρτυριῶντες. Caeterum actionem ψευδομαρτυριῶν in caussis quoque publicis institui potuisse, ex nostro aliisque locis docet PLATNER. in Proc. T. I. p. 411. seqq. Οἱ πεπονθότες sunt ii, qui supplicio affecti diem supremum obierunt: vide FRANZ. ad Lys. p. 262. Formulam οὐδὲν ἦν πλέον explicant GOETTLING. ad Aristot. Polit. p. 315. et PFLUGK. ad Heracl. p. 52. De πότερον — ἢ — ἢ — εἴτε, quod §. 8. legimus, vide LOBECK. ad Ajac. p. 245. —

στεύσας ὑπέμεινα: quod verius sit nec ne, alii videant: Valckenaerius certe et *ὑμᾶς* emendaverat. *) Mox pro indicativo *ὁρῶ*, ex Codice notatum inveni *ὁρῶν*: et tum sic distinguendum, — *ὑπέμεινα, ὁρῶν ὑμᾶς* caet. [et sic I. BEKK. cum ABLZ.]

§. 9. *Τάδε δὲ ὑμῶν δέομαι — ἀκροασαμένους δὲ διὰ τέλους τῆς ἀπολογίας, τότε ἤδη ψηφίζεσθαι τοῦθ', ὅτι ἂν ὑμῖν αὐτοῖς ἄριστον καὶ εὐορκώτατον νομίζητε εἶναι.* Illud *ἤδη*, quod certissime corruptum est, summum Josephum Scaligerum in errorem induxit, qui pro *ὅ, τι* reponens *ὅτε* vitium vitio cumulavit. Videtur omnis tolli difficultas, si, una litera detracta, legamus *τότε δή*, cujus formulae frequentem esse usum in ejusmodi *ἀναλήψει* sententiae, nemo est aliquanto literarum peritior, qui ignoret. **)

---

*) A. G. BECKER. SLUIT. secutus interpretatur: Weil ich nun glaube dass ihr diess für Recht halten werdet (*δίκαια γιγνώσκ.!*) so habe ich meiner Rede diese Anordnung gegeben (*καὶ λόγους παρεσκεύασμαι*). Quo certe modo sensus exoritur. Sed etiamsi illud *παρασκευάζειν* saepe nihil aliud est, quam Latinorum *parare, instituere* (vide FUNKHAENEL. ad Demosth. in Androt. p. 84.) hoc tamen loco obstinate nego ferri posse illud *παρασκευάζεσθαι λόγους*, quod quidem de adversariis dici potest, neque vero de eo, qui contra adversariorum *παρασκευὴν* et *προθυμίαν* se juste ac probe defendere profitetur. In tanta igitur loci difficultate conjeci *παρασχέσθαι*: *vos judices probos justosque fore neque talia proferre, quibus etc.* putans subjecti mutationem defendi locis iis, quos tractavit FOERTSCH. in Observatt. p. 47. Quae conjectura etsi non prorsus displiceret GODOFREDO HERMANNO, Praeceptori Summo, putavit tamen locum ita sanari posse, ut scriberetur: *καὶ οὐ (v.' μὴ) λόγους παρεσκευάσθαι.* Idque ego aptissimum puto. Nimirum *λόγος* tum, ut sexcenties apud Oratores, significat: *nugas, vana.* Sic [Demosth.] c. Theocr. p. 1324. R. §. 7. *καὶ μὴ ἐᾶτε λόγους λέγειν, εὑρεθήσεται τἀληθές.* Demosth. c. Lept. p. 488. R. §. 101. *εἰ δὲ ταῦτα λόγους καὶ φλυαρίας εἶναι φήσει* (ubi vide FR. A. WOLF. in Apparat. T. III. p. 205.) Idem c. Phorm. p. 962 R. §. 60. *νομίζετ' εἶναι λόγον καὶ συκοφαντίας.* Latinorum locos, ubi prorsus eadem ratione usurpatum est *logi*, laudat FORCELLINI in Lex. s. v. —

**) „Atqui *ἤδη* certissime corruptum esse, nos certe non videmus; quippe et usitatum et huic loco aptum, cujus haec est sententia: Oro autem vos, ut — audita demum usque ad finem mea defensione, tunc demum vestris sententiis constituatis id, quod et vobis ipsis optimum et cum jurisjurandi religione convenientissimum esse putetis. — Ex Adversariis

§. 11. *Ἀλκιβιάδην δὲ τὸν στρατηγὸν ἀποδείξω ὑμῖν τὰ μυστήρια ποιοῦντα ἐν οἰκίᾳ μεθ' ἑτέρων.* An hic etiam solito errore librarius pro *ἑταίρων* scripserit *ἑτέρων*, quod et p. 6. v. 27. factum suspicatus est Valckenaerius, non statuo. Eundem errorem errarunt, cum alibi tum in XENOPHONTE *Hellen.* L. II. c. 3. §. 18. p. 84. edit. Mori: *ἐς ὃ ἐβούλοντο τοὺς πολεμίους δεξάμενοι ὑφ' αὐτοῖς καὶ τοῖς ἑτέροις τὴν πόλιν ποιήσασθαι*: 108
legendum *καὶ τοῖς ἑταίροις* *).

§. 12. *Ἔδοξε δ' — ἰέναι ἐπὶ τὸ μειράκιον ὃ ὁ Πυθόνικος ἐκέλευε.* Mihi visum est legi oportere *ἐφ' ὃ Π. ἐ.* Valckenaerio *ὡς ὁ Π. ἐ.* Utro modo scribas, non multum interest [vulg. tamen jure BEKK. c. omnibus Codd. retinuit]. In sequentibus certissimae emendationi Reiskianae [qua pro *θεράποντα Ἀλκιβιάδου Πολέμαρχον*, quod omnes libri, scribi debeat *θεράποντα Πολεμάρχου*] consentit Valckenaerius [et I. BEKK.] „Multa „dici possent ad eam confirmandam. *Θεράπων* Alcibia„dis famulus ejus erat aut domus minister. *Μέτοικος* „memoratur DIODORO SICULO T. I. p. 543. et 551. „Conf. THUCYDIDEM L. VI. c. 28. Jam autem Po„lemarchi erat jurisdictio in *μετοίκους*, qui Athenis ha„bitabant. Conf. LYSIAM in Pancl. §. 2. ibique TAY„LORUM, MEURSIUM *Ath. Att.* p. 12. [et C. F. HERMANNI Handb. p. 264.]

Ibid. *Καὶ* ante *Ἱκέσιον* delendum suspicatur Valckenaerius, ut Hicesius fuerit Andromachi frater.

§. 13. Titulum *Ὀνόματα* jam ante Reiskium restituit MARKLAND *ad Lysiam* p. 468. [et habent ABLZ.]

§. 15. *Ταῦθ' ὑμῖν προςομολογεῖται ἅπαντα.* Reiskii conjecturam *προςωμολόγηται* confirmat M. Ald.

SCALIGERANIS in antiquos Auctores alia etiam notata feruntur, non satis diligenter in editionibus expressa: quorum si quid ita ineptum est ut illud *ὅτι*, certe pro SCALIGERANO non est habendum." WYTTENB. l. l. p. 90. De *ὑμῶν δέομαι* —— *ἀκροασαμένους* videsis KRUEGERI Untersuchungen Fasc. 3. p. 395. n.

*) Male scripsit SLUITER. hoc loco et §. 41. *ἑταίροις* cum WYTTENB. in Selectt. Histor. Gr. p. 404. (p. 391. ed. Lips.) vide KRUEGER. ad Dionys. Histor. p. 385., quem tamen impugnat GOELLER. ad Thucyd. T. II. p. 457. seqq. — Jure vero BEKK. scripsit *κίνδυνον αἱρεῖσθαι* pro librorum lectione *αἱρεῖσθαι*: vide PFLUGK. ad Eurip. Heracl. p. 56.

§. 17. *Λυδὸς ὁ Φερεκλέους τοῦ Θημακέως.* Vir Doctus in margine Aldinae edit. notavit *γρ.* *male μαθήκεως*[BLZ],
109 et citatur h. l. ab HARPOCRATIONE v. *Θημάκευς*.

Ibid. *Σπεύσιππος δὲ βουλεύων παραδίδωσιν αὐτοὺς τῷ δικαστηρίῳ.* Ut de hoc loco, in quo nemo vitium est suspicatus, recte possimus judicare, primum erit videndum, quid sit *παραδιδόναι τῷ δικαστηρίῳ*: deinde quorum illud fuerit. Est autem haec locutio aliquanto rarior: frequentior et vulgo usitata: *εἰςάγειν εἰς τὸ δικαστήριον,* qua saepissime utuntur Oratores: est tamen et in h. Orat. §. 66. *Διοκλείδην τῷ δικαστηρίῳ παραδόντες ἀπεκτείνατε* [de formulis *παραδιδόναι τοῖς δικασταῖς* s. *εἰς τοὺς δικ.* s. *εἰς τὸ δικαστήριον* vide BLUM. ad Lycurg. p. 61.] POLLUX L. VIII. s. 48. *ὁ δὲ ἄρχων παρεδίδου τὴν κρίσιν δικαστηρίῳ*: et quod ibid. s. 51. est *παραδιδόναι τῷ δικαστηρίῳ*, SUIDAE v. *Εἰςαγγελία* est *εἰςάγειν εἰς τὸ δικαστήριον.* Conf. I. LUZACII *Disquisit. de Epistatis et Proëdris Athen.* in *Adnot. ad Or. de Socrate Cive* p. 111. [De *εἰςαγγελία* vide quos laud. C. F. HERMANNUS Handb. p. 253.] Nempe Archontum is, ad quem primum reus in jus vocatus, et a quo instrumenta litis erant examinata, si aut justa aut non absurda petere actorem censeret, adeoque de causa ad tribunal referret, ad quod ea pertineret, traditis simul litis instrumentis, dicebatur vel litem, vel ipsum hominem, in forum inducere: de qua re plura in Lysiacis dicemus. Erat autem hoc officium non omnibus Magistratibus commune, sed erant tantum nonnulli, qui haberent *εἰςαγωγὴν* de certis causis: ut Archon eponymus de re
110 pupillari et uxoria; Rex sacrorum de caede et religionibus; Polemarchus de *μετοίκοις*, peregrinis et servis: alii Archontes seu Thesmothetae de aliis et privatis litibus et criminibus. Nusquam vero neque Senatores ex Quingentis, neque Judices ex Heliaea, neque etiam Areopagitae inter *εἰςαγωγεῖς* memorantur: quoniam nempe nulla causa erat, quae non coram uno ex tribus hisce conciliis, seu illius aliqua parte delegata, ageretur. Porro, si spectemus, qua actione in judicium vocatus sit Andocides, et cujus de ejusmodi causis fuerit jurisdictio, apparebit, quid in locum vocabuli *βουλεύων* sit substituendum. Fuit enim accusatio illa de violatis Mysteriis, accusatio *ἀσεβείας*: quae ad tribunal Regis sacrorum pertinebat, cui et cura sacrorum Eleusiniorum erat mandata. Vid. LYSIAS c. Andoc. §. 4. et §. 11. DEMOSTHENES *adv. Lacritum* p. 940. R. §. 48. *ἀλλὰ νὴ Δία παρὰ τῷ βασιλεῖ;* (eum accusabimus?) *ἀλλ' οὐκ ἐσμὲν*

γυμνασίαρχοι, οὐδὲ ἀσεβείας οὐδένα γραφόμεθα: POLLUX L. VIII. s. 90. *ὁ δὲ βασιλεὺς μυστηρίων προέστηκε — δίκαι δὲ πρὸς αὐτὸν λαγχάνονται, ἀσεβείας* caet. Conf. HARPOCRATION et SUIDAS v. *Ἐπιμελητὴς τῶν μυστηρίων*, et v. *Ἡγεμονία δικαστηρίου*: SIGONIUS *de Rep. Athen.* L. IV. c. I. [cf. PLATNERI Proc. p. 285. et SCHOEM. Ordo Jud. p. 245. n. 7. vide §. 111. et de reditu §. 14.] His igitur rationibus ductus 111
sum ad suspicandum pro *βουλεύων* restituendum esse *βασιλεύων* [quod jure recepit BEKK.]. Regem sacrorum dici *βασιλεύειν*, manifestum est ex DEMOSTHENE *in Macart.* p. 1063. R. §. 42. et §. 46. ubi *Εὐκτήμονα τὸν βασιλεύσαντα* memorat: et sic *ἄρχειν* saepissime dicitur, nec non *πολεμαρχεῖν*: e. gr. apud DEMOSTH. in *Neaeram* p. 1358. R. §. 40.

§. 19. *Τὰ μὲν γινόμενα ἠκούσατε, ὦ ἄνδρες*: legendum *τὰ μὲν γενόμενα*: quod vitium ex compluribus aliis locis hujus Orationis a REISKIO est sublatum [cum I. BEKKERO.]

Ibid. *Οὐ γὰρ καὶ δίκαιον ἀπολογεῖσθαι ἀναμιμνήσκοντας τοὺς τῶν κατηγόρων λόγους ἐξελέγχειν.* LUZACIUS suam conjecturam mecum communicavit: *οὐ γάρ ἐστι δίκαιον ἀπολογεῖσθαι, ἀναμιμνήσκοντα τοὺς τῶν κατηγόρων λόγους ἐξελέγχειν*; *nonne justum est et aequum, me in memoriam revocantem accusatorum sermones, ita iis respondere, ut me ipse defendam?* *)

Ibid. Certissimam Reiskii emendationem, legentis *αὐτὸν* pro *αὐτῶν* [quod BL.] M. Ald. confirmat [*αὐτὸν*

---

*) Hoc modo ego quoque c. FOERTSCHIO (Observatt. p. 64.) vulgatam explicaverim; sed retineo c. eodem FOERTSCHIO *ἀναμιμνήσκοντας*. De *καὶ* particula, quam omisit Z, in interrogationibus vide PORSON. ad Phoenissas v. 1373. et VOEMELII Commentar. ad Philipp. p. 216. Nulla igitur adest necessitas, cur scribatur cum REISKIO (Vol. VIII. p. 456.) et WYTTENB. (l. l. p. 103.), quibuscum facit uterque BEKK., sic: *οὕτω γὰρ καὶ δίκαιον κτέ* h. s.: *haec enim est justa se defendendi ratio, ut* (i. e. *qua ratione*) *adversariorum crimina commemorando refellantur.* — *Reinholdus Klotzius* (in Quaestt. critt. p. 33.) vulgatam hoc modo tueri vult: *non enim etiam justum est se defendere quum moneas judices ut adversariorum commenta examinent. id est denique nihil aliud quam hoc: illorum commenta ita sunt comparata, ut ne justum quidem sit nedum necessarium se defendere monentem judices, ut exquirant illorum crimina. de particulae significatione nemo opinor dubitabit, qua dicitur ut alias res omittamus ne justitiae quidem convenire*: quae si bene intelligo, improbanda sunt. Immo verba seqq. et §. 30. extr. docent oratorem versari in refutandis adversariorum criminibus.

teste REISKIO in Schedis SCALIGER. erat. Sic BEKK. quoque].

§. 20. *Ἱκέτευον δὲ τὸν πατέρα μείναντα τὶ παθεῖν ὑπ' ἐμοῦ.* Demiror Reiskium, qui pronomen *τὶ* deleri velit; non est delendum, sed scribendum sine accentu *τι*, *aliquid*: *mori* per Euphemismum Attici dixerunt *τι παθεῖν.* *)

112 §. 22. *Ἐδίωκεν ὁ πατὴρ τῶν παρανόμων.* Articulum *τῶν*, ut et alias in eadem phrasi abest, sic et h. l. delendum censet Valckenaerius. [retinet tamen BEKK. sine ulla varietate Codd.]

§. 23. *Ἀλλὰ γὰρ λόγον ἀνοσιώτατον καὶ ἀπιστότατον οὐδένα πώποτ' ἐγὼ εἰπόντας οἶδα, οἳ τοῦτο μόνον κ. τ. λ.* [et sic omnes Codd.] Non satis probabilis videtur Reiskii conjectura: *ἀλλὰ γὰρ λόγον ἀνοσιώτερον καὶ ἀπιστότερον οὐδένας πώποτ' ἐγὼ εἰπόντας οἶδα τούτων, οἳ* caet. Equidem suspicatus sum duo verba excidisse, quae oculorum ingeniique aciem descriptoris propter similitudinem literarum fefellerint; atque ita fere scripsisse Andocidem: *ἀλλὰ γὰρ λόγον ἔλεγον ἀνοσιώτατον καὶ ἀπιστότατον, οἷον οὐδένα πώποτ' ἐγὼ εἰπόντα*

---

*) Sic tacite BEKK. In iis quae sequuntur: *ἐν ᾧ δυοῖν τοῖν μεγίστοιν κακοῖν οὐκ ἦν αὐτῷ ἁμαρτεῖν· ἢ γὰρ ἐμοῦ ἀποθανεῖν, ἢ αὐτῷ παθόντι ἐμὲ ἀποκτεῖναι.* REISKIUS (T. VIII. p. 456.) *ἑνὸς* addidit. BEKK: *nonne addendum θατέρου?* Neutrum horum verum. Vide quae contra SCHAEFER. ad L. B. p. 184. jure monuit HERMANNUS ad Soph. Electr. v. 1312., quem sequitur LUDOV. DINDORF. ad Thucyd. I. c. 33. (vide GOELLERI edit. T. I. p. 111.), qui tamen minus recte addit de nostro loco: nescio an rectius deleturi (REISK. et BEKK.) inutile *γάρ*. Praeclare enim FOERTSCH. (Observatt. p. 62.) haec docuit: *Illa particula si hoc in nexu tamquam inutilis tollenda esset: omnibus iis in locis, ubi vim explicandi et illustrandi habet, uti post pron. dem. οὗτος, τοιοῦτος etc., delenda foret. At inquiat quispiam, sequitur hic nullum verbum finitum, ad quod γὰρ referatur. Utique non sequitur: facili autem negotio e praegressis verbis peti potest. Quum enim illa δυοῖν τοῖν μεγίστοιν κακοῖν οὐκ ἦν αὐτῷ ἁμαρτάνειν (i. e. non licebit ei duo summa mala una evitare) idem significant ac θατέρῳ δυοῖν τοῖν μεγίστοιν κακοῖν περιπίπτειν s. δυοῖν κακοῖν τ. μεγ. θάτερον ἑλέσθαι ἀνάγκη αὐτῷ ἐγένετο (ut loquitur Andoc. de reditu §. 7. coll. de myster. §. 57.):* orator sensum potius respiciens quam verba ipsa pergit *ἢ γὰρ* — — h. e. *ἢ γὰρ* — — — *ὑπ' ἐμοῦ ἀποθανεῖν ἢ αὐτῷ παθόντι ἐμὲ ἀποκτεῖναι ἀνάγκη· ἐγένετο s. ἦν.*" — Caeterum legem, quam affert orator, tantum ad caussas eorum, qui contra Hermas peccaverant, pertinere, docuit SCHOEMANNUS Ord. Jud. p. 738.

οἶδα, οἱ τοῦτο μόνον. — Verum acute animadvertit IO.
LUZACIUS, quocum conjecturam communicavi, duriorem
esse Atticis auribus hiatum *εἰπόντα οἶδα*: itaque rectius
scribi: *οἷον οὐδ' ἂν πώποτ' ἐγὼ εἰπόντας οἶδα.* [Ego
c. BEKK. scripserim: *ἀνοσιώτερον καὶ ἀπιστότερον οὐ-
δένας πώποτ' ἐγὼ εἰπόντας οἶδα, οἳ τοῦτο* et sic REISK.,
qui tamen *τούτων* ante *οἳ* inseruit, quod non necessa-
rium puto.] Mox in sequentibus emendationem Reiskia-
nam *οὐδὲν αὐτοῖς ἐμέλησεν* [pro *οὐδὲ νῦν τοῖς* et quod
in Schedis SCALIGER. *τούτοις*] et M. Ald. confirmat,
et ita legendum esse viderat quoque Valckenaerius [et
sic BEKKERI omnes.]

§. 26. *Δίδωμι τῷ βουλομένῳ ἐμὲ ἐξελέγξαι, ὅτι
ἔφυγέ τις αὐτῶν δι' ἐμὲ, ἢ ἐμήνυσα κατ' αὐτοῦ.* Sen-
tentia requirere videtur, *ἢ ἐμήνυσα κατά του.*

§. 26. *'Ελέγξῃ* pro vitioso *ἐλέξῃ*, quod est in Al-
dina edit. jam restituit Stephanus: et e codice notatum 113
est ad marginem ed. Aldin.: PALMER. quoque ita corre-
xit *Exercit.* p. 667. [*ἐλέγξαι*, ut opinor, pr. A.]

§. 29. *Καὶ γὰρ οἱ λόγοι τῶν κατηγόρων ταῦτα τὰ
δεινὰ καὶ φρικώδη ἀνωρθίαζον, καὶ λόγους εἶπον, ὡς
πρότερον κ. τ. λ.* Locus procul dubio videtur corrup-
tus; nec certa apparet emendandi via. Absurdum est:
οἱ λόγοι — ἀνωρθίαζον, καὶ λόγους εἶπον: *ipsa verba
declamarunt, et sermones dixerunt*: forte, si quid peri-
clitari liceat, pro *οἱ λόγοι* scribendum *οἱ λόγιοι*, et *ἀλό-
γως* pro *λόγους*, quoniam subjicit: *τούτων οὖν ἐμοὶ τῶν
λόγων ἢ τῶν ἔργων τί προςήκει*; pulchra est haec oppo-
sitio: *οἱ λόγιοι — ἀλόγως εἶπον, ὅπως* (ita enim legen-
dum videtur pro *ὡς*.) *Λόγιοι* autem secundum MOERID.
et THOM. MAG. sunt *οἱ πολυΐστορες*, vel, ut ait PHRY-
NICH. p. 84. *οἱ τὰ ἐν ἑκάστῳ ἔθνει ἐπιχώρια ἐξηγούμε-
νοι ἐμπείρως*, ubi vid. NUNNES. PLUTARCH. in *Solone*
p. 92. E. *Χρόνον δέ τινα καὶ τοῖς περὶ Ψένωφιν τὸν
Ἡλιουπολίτην καὶ Σώγχιν τὸν Σαΐτην, λογιωτάτοις οὖσι
τῶν ἱερέων, συνεφιλοσόφησε*: p. 96. D. *μῦθον — ὃν
διήκουσε τῶν περὶ Σάϊν λογίων.* *Λόγιον* HESYCH. in-
terpretatur *τὸν τῆς ἱστορίας ἔμπειρον, πεπαιδευμένον.*
Cf. Interpretes THOMAE MAG. l. c. p. 579. et PIER-
SON. ad d. l. MOER. p. 249. ELSNER. et WETSTEN.
ad Acta Ap. XVIII. v. 24. Sensus hujus loci est: 114
*Caput causae in eo pono, ut persuadeam vobis, me non
peccasse: nam isti rerum ante gestarum et antiquae hi-
storiae periti accusatores mei horrenda ista et terroris
plena magna voce declamarunt, et absurda ratione di-
xerunt, quo antea modo cum alii peccassent in Cere-*

rem et Proserpinam, qualia quisque eorum passus, qua poena affectus esset. Caeterum verbum ἀνωρθίαζον ex h. l. citantes HARPOCRAT. et SUID. exponunt ὄρθιον βοῶντες ἔλεγον. *)

§. 30. Ἡ δεινὸν γὰρ εἴη. Valckenaer. legit ἦ δεινὸν γὰρ ἂν εἴη. **)

---

*) „Et REISK. vidit λόγοι et λόγους non satis congruere, sed ferendum judicat in hujusmodi scriptoribus ἀκόμψοις. Magis assentimus SLUITERO, vitium esse in his verbis: sed dissentimus, id ita corrigendum esse, ut scribatur κ. γ. οἱ λόγιοι — καὶ ἀλόγως εἶπον. — Quae est mutatio, non emendatio. Nomen λόγιος *docti historiae periti*, nimis est honorificum, quam ut orator eo accusatores suos affecisse videatur. Potius scripserit, οἱ πολλοὶ, *plerique* et sequens λόγους retineamus. Poterat et scriptum fuisse, καὶ γὰρ οἱ λογοποιοῦντες τῶν κατηγόρων, ut fere ipse alio loco dicit §. 58: ἃ ἐλογοποίουν οἱ ἐχθροὶ περὶ ἐμοῦ. — Sed quo plura potuerunt fuisse, eo minus unumquodque habet probabilitatis." WYTTENB. l. l. p. 91. seqq. Facillima est quoque JACOBSII conjectura (ad Ach. Tat. p. 901.) καὶ γὰρ οὐκ ὀλίγοι τ. κατηγορ. — Sed ego c. I. Bekkero Reiskium sequor. Illud ἀνωρθίαζον bene sese habet et minime nos ad mutationem invitabit BEKKERI Grammaticus (Anecd. T. I. p. 412.), apud quem leguntur: Ἀνωρθρίαζον: Ἀνδοκίδης ἀντὶ τοῦ ὄρθριοι βοῶντες. Accedit quod apud Phavorinum p. 215, 7., ed. Basil., ubi eadem lexici verba, laudato vitiose Ἀνδροκίδης, habes ἀνωρθίαζον ab ὄρθιοι vulgari. Vide FR. OSANNI Lectt. Andocidd. p. 702.

**) JACOBS. ad Ach. T. p. 479. scripsit ἦ δεινὸν γὰρ ἂν εἴη. BEKK. c. ABLZ. praebet ἢ δεινόν γ' ἂν εἴη: idque usitatissimum, vide Strang. in Jahn. Anall. 1833. Suppl. II. F. I. p. 91. Dobr. ad Aristoph. Plut. 485. Apud Isaeum de Pyrrhi hereditate §. 64. verba ἢ δεινόν γ' ἂν εἴη tantummodo referri possunt ad ea, quae proxime antecedunt, neque vero ad sequentia, ut SCHOEMANN. vult, qui proprie exspectat εἰ — ὁ νόμος κελεύει aut τὸν νόμον κελεύειν: qua ratione, si quid video, parum apta exiret sententia. Sensus potius est: *Si Pyrrhi cognati concessissent filiam illam —— in matrimonium duci a Xenocle, qui nullo omnino cognationis vinculo utebatur, id profecto mirum esset. Immo filiam ducere debebat cognatorum quispiam et duxisset respiciens suum ipsius emolumentum:* οὐδεὶς γὰρ κτλ §. 66. — Et sic ipse SCHOEM. in versione. Apud Andocidem male BEKK., duce REISKIO, post εἰ ὀργίζοισθε scripsit ἡγήσαισθε. Conjunctivus ἡγήσεσθε, quem omnes libri tuentur, bene sese habet; v. JACOBS. ad Ach. Tat. p. 892. et MEUTZNER. meum in Act. Diurn. Scholl. 1833. p. 431.

§. 31. Καὶ ἐπαρασάμενοι τὰς μεγίστας ἀρὰς ὑμῖν τε αὐτοῖς καὶ παισὶ τοῖς ὑμετέροις αὐτῶν, εἰ μὴ ψηφιεῖσθε περὶ ἐμοῦ τὰ δίκαια. Pro πᾶσι scripsi c. BEKK. παισὶ, quod A et corr.

§. 32. Ὡς ἐγὼ ὑμῖν πολὺ μᾶλλον τῶν κατηγόρων πρὸς τοῖν θεοῖν ἐπισκήπτω. Legendum esse πρὸς ταῖν θεοῖν cum Reiskio consentit Valcken.; sunt enim Ceres et Proserpina: vid. MARKLAND et TAYL. *ad Lys.* p. 104. v. pen. Ἐπισκήπτω correxit Stephanus pro vitioso ἐπισκέπτω, quod est in Aldina, quam emendationem confirmat codicis auctoritas: et respexit hunc locum HARPOCRAT. v. ἐπεσκήψατο, explicans: μετά τινος ἐπιθειασμοῦ λέγω, οἷον ἐξορκίζω: ex quo sua hausit SUID. *)

§. 33. Εἰ οὖν δοκῶ ὑμῖν ἱκανῶς περὶ τούτων ἀπολογεῖσθαι, δηλώσατέ μοι. Malim tempore perfecto scribi ἀπολελογῆσθαι [confirmant BEKKERI A. B.]

§. 36. Ἐπειδὴ τὴν βουλὴν εἰς τὸ βουλευτήριον ὁ 115
κῆρυξ ἀνείπῃ ἰέναι. Reiske mavult εἴπῃ, aut ἂν εἴπῃ ἀνιέναι: verum tamen sic etiam infra est §. 45. ἀνειπεῖν ἐκέλευσαν — ἰέναι εἰς τὴν ἀγοράν. Solenne est ἀνειπεῖν de iis, quae voce praeconis edicuntur, uti et ἀναγορεύειν. Vid. apud DEMOSTH. *pro Cor.* p. 244. R. §. 55. ARISTOPH. *Av.* 1084. Ταῦτα βουλόμεσθ' ἀνειπεῖν. In *Pace* v. 549.

Ἴθι νῦν, ἄνειπε τοὺς γεωργοὺς ἀπιέναι. **)

B. Sed pro εἰ μή, quod REISK. et BEKK. jure REINH. KLOTZ. (Quaest. critt. p. 106.) restituit ἦ μήν, particulas in jurisjurandi formula tritissimas: quae mutatio mihi aptissima et facillima videtur, quum AB praebeant ἢ μὴν. Apte laudat KLOTZ. Antiphont. de caede Herodis §. 11. Jure has quoque particulas restituit BEKK. §. 126. nostrae orat.

*) Retinendum est τοῖν θεοῖν, ut jure BEKK. cf. SCHAEF. Melett. p. 30. et FABRICI. ad Plut. Timol. p. 10. — Ἐπισκήπτω tacite recepit BEKK., qui jure c. A. scripsit εἴδετε pro ἴδετε, quod jam displicuit JACOBSIO ad Ach. Tat. p. 567. vide §. 69. et VOEMEL. ad Demosth. Olynth. III. §. 26. p. 189.

**) Libri ἀνείπῃ. AB καθέλοι, caeteri καθέλῃ. At jure restituerunt SHOEMANN. (de comitt. p. 151. et in Observv. in Thucyd. p. 14.) et DOBR. (Advers. T. I. p. 178. ubi laudat Aristoph. Acharn. 637. [612.] adde PFLUGK. ad Hecub. v. 1165.) optativos ἀνείποι — καθέλοι, quum res non semel uno quodam die, sed per illud omne tempus, dum istae quaestiones exercebantur, fieret (sicut alibi quoque, ubi de iisdem rebus mentio fit, factum est, ut de reditu §. 8.) Secutus est I. BEKK. Caeterum SCHOEMANNO l. l. p. 153. adsentior, qui contra REISK. et BOECKHIUM docuit, σημεῖον fuisse signum quoddam, vexillo fortasse simile, quo sublato

§. 38. *Ὁρᾶν δὲ ἀνθρώπους τὸν ἀριθμὸν τριακοσίους* [sic omnes Codd. nisi quod Z. *διακοσίους*]. GALEN. T. V. p. 603. vim vocis *μάλιστα*, qua notat *fere*, explicans apud Hippocratem, locum citat Andocidis *ἐν τῷ περὶ μυστηρίων· ἄδων δ' ἀνθρώπους τὸν μὲν ἀριθμὸν μάλιστα τριακοσίους.* Unde hic locus restituendus: *ἰδεῖν δὲ ἀνθρώπους τὸν μὲν ἀριθμὸν μάλιστα τριακοσίους, ἑστάναι δέ.* — nam et *ἰδεῖν* hic scribendum videtur variandi causa: praecedit enim, *ὁρᾶν ἀνθρώπους*, et statim sequitur, *ὁρῶν δὲ αὐτῶν — τὰ πρόσωπα.* *)

§. 40. *Καταλαμβάνειν* pro *καταλαμβάνει*, ut conjecit Reisk., sic et Valcken. [et sic A. B. L. Z.]

Ibid. *Ἰδὼν δὲ Εὔφημον — ἐν τῷ χαλκείῳ καθήμενον.* Valcken. malebat *ἔν τῳ* — pro *ἔν τινι*. Plura
116 enim erant *χαλκεῖα* Athenis, in quibus, uti et in tonstrinis aliisque ejusmodi officinis, Athenienses confabulandi causa convenire solebant.

§. 41. *Ἵνα ἐκεῖ συγγένῃ μετ' ἐμοῦ Ἀνδοκίδῃ, καὶ ἑτέροις, οἷς δεῖ.* Absurde, Valckenaerio judice, suum ipse nomen hic memorasset Andocides: ad *μετ' ἐμοῦ* adscriptum ab aliquo credidit *Ἀνδοκίδου*: de quo tamen equidem dubito, cum referantur verba Euphemi. Quod si vera sit Valckenaerii conjectura, legendum videtur *συγγένηται.* Porro suspicatus est Valckenaerius, *ἑταίροις* legendum esse pro *ἑτέροις*, quod ad §. 11. indicavi. **)

---

indicaretur, tempus jam esse ut senatores convenirent, detracto autem, cum omnes jam convenissent, et a praecone vocati, curiam introiissent, ii, qui sero venirent, aditu prohiberentur. —

*) I. BEKK.: *ὁρᾶν δὲ ἀνθρώπους τὸν* [*μὲν*] *ἀριθμὸν μάλιστα.* Idem cum ABLZ: *Λαυρίῳ* pro vulg. *Λαυρείῳ*: utrumque ferri potest. Vide SINTEN. ad Plut. Themist. p. 26.

**) „Probabilis est correctio *ἑταίροις* p. *ἑτέροις* [male vide ad §. 11.) Caeteroquin nobis locus integer videtur. Est narratio de Dioclide delatore, deferente sermonem, quem c. Euphemo uno ex facinoris consortibus et socio Andocidis, habuisset: ita nostro judicio accipienda: „*dixisse igitur Euphemum (ad se, ad Dioclidem) eum (Dioclidem) recte fecisse, quod haec dixisset: et nunc (Euphemum) venire jussisse eum (Dioclidem) in domum Leogorae, ut una mecum ibi agas cum Andocide et sodalibus, quibus oportet.*" Illa verba, *ἵνα ἐκεῖ συγγένῃ μετ' ἐμοῦ Ἀ. κ. ἑ. οἷς δ.* sunt Euphemi, quasi ex sua ipsius persona loquentis. Est enim conversio orationis *obliquae* in *rectam*, cujus exempla notavimus ad Plut. de S. N. V. p. 126, 127.: et plura postea animadvertimus: veluti Plutarchi Opp.

§. 44. *Ἱκετεύοντες μὴ στρεβλωθῆναι, ἀλλ' ἐξεγγυηθέντας κριθῆναι. μόλις δὲ τούτων τυχόντες.* — Mos Atticus postulat ἐξεγγυηθέντες. Particulam δὲ, quae in Aldina deest, etiam codex habet ad marginem ejus collatus. [Et sic BEKKER.]

§. 45. *Τοὺς δ' ἱππεῖς ἔτι νυκτὸς σημῆναι τῇ σάλπιγγι ἥκειν εἰς τὸ Ἀνάκειον.* Non sunt haec noctu gesta, sed interdiu: neque jussi equites adhuc noctu, id est ante diluculum, ad stationem illam venire, sed noctu vel versus noctem. Itaque legendum videtur, vel ἐπὶ νυκτὸς, *noctu*, vel ἐπὶ νύκτα, *sub noctem*. *)

§. 47. Post ἀναγίνωσκε titulum ΟΝΟΜΑΤΑ excidisse censet MARKL. *ad Lys.* p. 468.

§. 47. fin. *Φρύνιχος ὁ ὀρχησάμενος, ἀνεψιός.* 117
[ABLZ. Φρίνικος.] E codice notatur Ὀρχησαμένου. Reiske complures conjecturas proponit. „Num ὁ Ἐρχιεύς, ἐμὸς ἀνεψιός? An ὁ Ἀρχεβιάδου, ἐμὸς ἀνεψιός? „An ὁ Ἀκουμενοῦ ἀνεψιός? Acumenus aliquoties ante „fuit nominatus.“ At non opus est quidquam mutare. Phrynichi, tempore Andocidis, illustriores quatuor fuerunt: celeberrimus omnium fuit acer ille Alcibiadis adversarius, qui odio illius fortunam patriae Lacedaemoniis prodere studuit; de quo vid. THUCYD. l. VIII. passim. c. 25 — 92. LYS. c. Agorat. §. 70. [ubi vide quos laudat BREMI. p. 114.] pro Polystrato §. 11. et de affect. tyr. §. 9. PLUT. in *Alcib.* p. 204. seq. SUID. v. *Φρυνίχου πάλαισμα.* Tres praeterea alii Phrynichi memorantur a Scholiaste ARISTOPH. ad illa in *Av.* v. 750.

Mor. p. 104., A. Flamin. p. 376, C. Antiphont. apud Stob. p. 155, v. 37. Aristid. T. I., p. 348. Herodiani VIII, 3, 11. Terent. Hecyr. I, 2, 74. ubi poeta inde a verbis „*sed quam decreverim* cet.“ ex obliqua in rectam progreditur.“ — WYTTENB. l. l. p. 99. seqq. cf. BORNEM. ad Cyrop. p. 86. et BLUM. ad Lycurg. p. 104. —

*) „At neque ἐπὶ νυκτὸς neque ἐπὶ νύκτα graece dictum est. Nos locum ita accipimus: Senatus jussit τοὺς στρατηγοὺς ἀνειπεῖν, promulgare voce praeconis, ut cives certis locis convenirent alii aliis, equites autem adhuc noctu tuba signum darent, ad quod signum in Anaceum venirent. Equites, equos et armaturam minus in promtu habentes, ad stationem obeundam serius parati futuri erant, quam reliqui cives. Porro, si noctu signum tubae sono dandum erat, duces etiam in militia hoc antea monere solebant, ne alii per ejus rei ignorationem, ad inexspectatum tubae sonitum, majoris periculi metu perturbarentur.“ WYTTENB. l. l. p. 92.

Ἔνθεν, ὥσπερ ἡ μέλιττα,
Φρύνιχος ἀμβροσίων
Μελέων ἀπεβόσκετο καρπὸν, ἀεὶ
Φέρων γλυκεῖαν ᾠδήν.

Τέτταρες δὲ, ait Scholiast., *ἐγένοντο Φρύνιχοι· ὁ μὲν εἷς οὗ νῦν μνημονεύει, Πολυφράδμονος παῖς, ποιητὴς ἡδὺς ἐν τοῖς μέλεσιν· ὁ ἕτερος Χοροκλέους παῖς ὑποκριτής· τρίτος Φρύνιχος ὁ κωμικὸς, οὗ μέμνηται Ἑρμίππος ἐν Φορμοφόροις, ὡς ἀλλότρια ὑποβαλλομένου ποιήματα·*
118 quartus is, de quo diximus: totidemque enumerat Scholiast. ad *Ran.* v. 13. Hunc autem Aristophanis locum male de Comico Phrynicho accepit SUID. Tragicus ille fuit simplicior quidem, nec satis excultus, at dulcis tamen in poësi, floruitque ante Aeschylum. Vide ARISTOPH. in *Ran.* v. 941. et 1333. seqq. in *Vesp.* v. 220. et 269. et *scholia* ad illa loca; conf. *Thesmoph.* v. 171. Alius fuit Tragicus Phrynichus, Melanthae filius, hoc, ut videtur, paullo antiquior, quem Athenienses ob fabulam, *Μιλήτου ἅλωσιν*, mille drachmis multarunt. Plura de his peti possunt ex FABRIC. *Bibl. Gr.* V. I. p. 687. et 732. qui tamen posteriore loco non recte Phrynichum *Melicum poëtam suavem* a Tragico distinguit ex male intellecto *Scholio ad Av.* l. c. Quartus Phrynichus poëta fuit veteris comoediae, cujus mentio est apud ARISTOPH. *Nub.* v. 553. seqq.

Εὔπολις μὲν τὸν Μαρικᾶν πρώτιστον παρείλκυσεν,
Ἐκστρέψας τοὺς ἡμετέρους Ἱππέας κακὸς κακῶς·
Προσθεὶς αὐτῷ γραῦν μεθύσην, τοῦ κόρδακος οὕνεκα,
Ἣν Φρύνιχος πάλαι πεποίηχ', ἣν τὸ κῆτος ἤσθιεν.

Ubi praeter alia notat Scholiast.: *εἰσῆγε γραῦν Φρύνιχος ὑπὸ κήτους ἐσθιομένην, κατὰ μίμησιν Ἀνδρομέδας, διὰ*
119 *γέλωτα τῶν θεατῶν· ἦν δὲ καὶ αὐτὸς κωμῳδίας ποιητής.* Reprehendit eum Comicus in *Ran.* v. 12. seqq.

Τί δῆτ' ἔδει με ταῦτα τὰ σκεύη φέρειν;
Εἴπερ ποιήσω μηδὲν ὧνπερ Φρύνιχος
Εἴωθε ποιεῖν, καὶ Λύκις κ' Ἀμειψίας;
Σκεύη φέρουσ' ἑκαστοτ' ἐν κωμῳδίᾳ.

ad q. l. Scholia monent, Didymo judice loqui poëtam de Comico Phrynicho Eunomidae filio, qui notetur ut peregrinus, et malus poëta, quippe qui aliena saepe proferat, et metrum negligat. Animadvertit tamen nihil ta-

le fecisse Phrynichum in Dramatibus, quae ipse viderit, forte autem in aliis, quae perierint, illud commisisse. Omisit haec loca FABRIC. qui *Bibl. Gr.* V. I. p. 732. et 783. de Comico Phrynicho agit, male Eunomidae filium ab hoc diversum credens. De Poëtis hujus nominis conf. MEURS. in *Biblioth. Attica.* Quintus Phrynichus memoratur histrio Tragicus, quem notari ab ARISTOPH. *Nub.* 1087. his verbis:

Τί δαί; τραγῳδοῦσ' ἐκ τίνων;
Ἐξ εὐρυπρώκτων.

monet Scholiastes: *εἰς Φρύνιχόν φασιν αὐτὸν ἀποτείνειν τὸν τραγικὸν χορευτήν. ἐπεὶ διεβάλλετο ἐπὶ μαλακίᾳ διὰ ποικιλίαν σχημάτων.* Inter vinolentos homines et proter- 120
vos eum collocat Comicus in *Vesp.* v. 1293. atque illum in saltando crus altius tollere fuisse solitum significat in eadem fabula v. 1515. *καὶ τὸ φρυνίχειον Ἐκλακτισάτω τις.* Conf. Scholia ad illa loca. Hunc etiam respicere videtur ibid. v. 1481. seqq.

Πτήσσει Φρύνιχος ὥς τις ἀλέκτωρ.
Σκέλος οὐράνιόν γ' ἐκλακτίζων
Πρωκτὸς χάσκει.

quamvis Scholiast. hoc de Melanthae filio dictum velit. Nos igitur *Φρύνιχον τὸν ὀρχησάμενον, ἀνεψιὸν* Andocidis, actorem illum Tragoediarum fuisse censemus. Neque enim illud munus turpe fuit Athenis. *)

Ibid. *Εὐκρατίας, ὁ Νικίου ἀδελφὸς κ. τ. λ.* Reiskio haec vitiata censenti merito adsentitur Valckenaerius,

*) „Recte SLUITER. monet, hunc esse Phrynichum saltatorem tragicum et post MEURS. ac FABRICIUM complures Phrynichos illa aetate Athenis cognitos distinguit; certe distinguere conatur; nam ne nunc quidem hic locus expeditus est: quem attigerat etiam PERIZON. ad Ael. V. H. III, 8, nec silentio praetereundus. Dictio exquisita *ὁ ὀρχησάμενος* pro *χορευτὴς* vel *ὀρχηστὴς* exemplis firmanda erat. Plutarch. quidem hunc facit poetam tragicum *σχημάτων* inventione nobilem, Sympos. VIII, 9. p. 732. E. Epigramma, quasi ab eo factum, subjungens: *Φρύνιχος ὁ τῶν τραγῳδιῶν ποιητὴς περὶ αὐτοῦ φησιν, ὅτι, Σχήματα δ' ὄρχησις τόσα μοι πόρεν ὅσσ' ἐνὶ πόντῳ Κύματα ποιεῖται χείματι νὺξ ὀλοή.*" WYTTENB. l. l. p. 92. Eorum, quae SLUIT. profert, multa iis emendantur, quae docuit C. J. HOFFMANN. in JAHN. Anall. 1833. T. Suppl. I. fasc. 1. p. 40 — 48.

existimans haec sine Codice sanari non posse. Interea conjicit an deletis, *Κριτίας ἀνεψιός*, legendum sit *Εὐκράτης* [de hoc vide BREMI. ad Lys. p. 192.), *ὁ Νικίου ἀδελφὸς, κηδεστὴς οὗτος Καλλίου· Κριτίας ὁ Νικίου· ἀδελφὸς καὶ οὗτος* (nempe Nicias) *τοῦ πατρὸς, αἵτε μητέρε ἀδελφαί.* In margine Aldinae notatum inveni *μητέρες* [*μητέραις* Z.]

§. 51. Vox *Ἀθηναίοις* loco videtur mota Clar. Luzacio, ita emendanda, ut jungatur cum *ἔχοντας*, quod
121 nomen, quo pertineat, non habet: neque enim conjungi potest cum *πόλιν* — *οὖσαν*. Ita legit Vir Cl. *καὶ ὑποψίαν εἰς ἀλλήλους ἔχοντας Ἀθηναίους, ἢ εἴπω ἅπερ ἤκουσα Εὐφιλήτου αὐτοῦ τοῦ ποιήσαντος.* [BEKKER. retinuit tamen *ἀλλήλους ἔχοντας, ἢ εἴπω Ἀθηναίοις ἅπερ κτέ.*]

§. 53. item §. 68. Nomen *τοῦ Διακρίτου* in *Λάκριτον* mutari mavult Valckenaer: uti est oratio Demosthenis *πρὸς τὴν Λακρίτου παραγραφήν.* [*Διόκριτος* REISK. T. VIII. p. 457. BEKK. *Διάκριτος.*]

§. 54. *Εἰ οὖν τινὶ ὑμῶν, ὦ ἄνδρες, τῶν ἄλλων πολιτῶν γνώμη τοιαύτη παρειστήκει πρότερον περὶ ἐμοῦ.* Manifesto deest particula *ἤ*, et legendum *τινὶ ὑμῶν* — *ἢ τῶν ἄλλων πολιτῶν* [secutus est BEKKER.] De hoc usu verbi *παρίστημι* egit D'ORV. *ad Charit.* [p. 438. cf. Viger. p. 758. HAENISCH ad Lys. Amator. p. 54.]

§. 56. *Σωθέντι μοι δοκεῖν κακὸν εἶναι.* Jure Reisk. *μοι* mutari vult in *μή*, et *ἡμῖν* inserit inter *δοκεῖν* et *κακόν*: pro *κακὸν* Aldus edidit *κακῶν*: ad marginem notatum erat *κακῷ*, quod equidem praeferam, [et sic BEKK. cum ABLZ. et OSANN. in Lectt. p. 703.] quamvis et *κακὸν* stare possit.

Ibid. *Διὰ συμφορὰν γεγενημένην μάλιστα μὲν τῇ πολιτείᾳ τε καὶ ἡμῖν.* Legendum credo *μάλιστα μὲν τῇ πόλει, εἶτα δὲ καὶ ἡμῖν.* Sic §. 2. *πιστεύσας μάλιστα μὲν τῷ δικαίῳ, ἔπειτα δὲ καὶ ὑμῖν.* [c. SLUIT. facit OSANN. l. l. qui laudat Aesch. Timarch. §. 2.] Reisk. *πολιτείᾳ* retinet, in caeteris nobiscum facit. [BEKK. c. A. *πόλει εἶτα καί.*]

122 Ibid. *Μετ' ἀρετῆς ἀλλ' οὐ μὴν κακίας.* Est in cod. *ἀλλ' οὐ μετὰ κακίας.* Fortasse utrumque verbum retinendum, *ἀλλ' οὐ μὴν μετὰ κακίας.* Reiskii conjecturae [*πόλεως ἁπάσης, ἁπάσης μετ ἀρετῆς*, aut: *πόλεως, ἁπάσης μετ' ἀρετῆς.*] mihi non satisfaciunt. [BEKK. c. ABLZ. *οὐ μετά.*]

§. 61. *Πινόντων ὑμῶν.* Recte Reisk. *ἡμῶν* re-

stituit: eademque emendatio a Valcken. facta est [et sic BEKK.].

Ibid. *Ἐπὶ πωλεῖον ὃ μονὴν ἀναβὰς ἔπεσον.* Reisk. conjecit *πωλίον ὅ μοι ἦν.* Vir Doctus ad marginem Aldinae adscripsit: *ἐμὸν ἦν, πωλεῖον autem equuleum accipio seu πωλίον potius.* Egregie in hoc loco versatum est Valckenaerii ingenium: de quo his verbis monuit me Luzacius Vir Cl. „Ἵππος ἀπειθὴς est equus refractarius, teste POLLUCE apud MARKL. *ad Lys.* p. 156. „ v. 6. quem vide. Tentabat igitur primum Valcken., „ an locus esset corrigendus hoc pacto: *ἐπὶ πῶλον ἀπειθῆ, ὅς μοι ἦν, ἀναβὰς,* quo fere modo rem etiam egit „ Reiskius. Praestat tamen, me quidem judice, altera „ Viri magni emendatio, qua legit: *ἐπὶ πῶλον ΛΕΙΠΟΓΝΩΜΟΝΑ ἀναβὰς ἔπεσον.* Istius vocis vestigia manifesta sunt in *λεῖόν ὃ μονὴν,* vocibus plane „ nihili. Vox rarior librarios fefellit. Est autem *ἵππος* „ vel potius *πῶλος λειπογνώμων,* equus junior, cujus „ aetas nondum e dentibus cognosci queat, atque adeo „ equus nondum subactus, nondum domitus, freni im- 123
„ patiens, hinc *refractarius, pervicax. Γνώμονες* sunt „ dentes, ex quibus equorum aetas cognoscitur. XENOPH. *περὶ Ἱππικῆς* p. 546. v. 37. ed. Steph. *πρῶτον μὲν τοίνυν μὴ λαθέτω αὐτὸν τίς ἡλικία, ὁ γὰρ μηκέτι ἔχων γνώμονας οὔτ' ἐλπίσιν εὐφραίνει, οὔτε ὁμοίως εὐαπάλλακτος γίγνεται.* — Hinc *λειπογνώμων,* „ cui haec dentium indicatio deficit, sive pullus sit dentes nondum habens, nondum adultus, sive equus aetate jam provectior, cui dentes non amplius crescunt. „ Conf. *Etym. M.* v. *Ἄβολος* col. 4. init. ubi addit — „ *καὶ γνώμων ὁ ὀδοὺς, ὅτι ἀπὸ τούτου ἡ ἡλικία γνωρίζεται τῶν πώλων τε καὶ μόσχων — ἀφ' οὗ καὶ λειπογνώμονες καλοῦνται, οἱ μηκέτι διὰ τῶν ὀδόντων γνωσθῆναι δυνάμενοι.* — Plura et egregia habet EUSTATH. ad Od. A. v. 155. p. 1404. v. 60. edit. „ Rom. (p. 352. v. 18. ed. Bas.) ubi et Aristophanem „ hac voce usum docet, quam ut rariorem in *Lexiphanem* suum c. 6. retulit LUCIAN. Opp. T. II. p. 331. „ Docet pariter Eustathius non tantum *τοὺς γνώμονας* „ hos dentes dictos a Graecis, sed et *τὸ γνῶμα.* Consentit HESYCH. in ista voce, ad q. l. vid. Viros Doct., „ praesertim vero KUSTER. *ad Suid.* v. *ἀβολήτωρ* p. „ 9. ut et GATAKER. *Advers. Miscell. Posth.* c. 10. „ T. I. Opp. col. 504. A. Itaque *ἐπὶ πῶλον λειπογνώμονα ἀναβὰς ἔπεσον* optimo sensu vertitur, *cum* 124

„ *equum adscendissem juniorem, nec dum domitum, et*
„ *freni impatientem, aut refractarium, inde decidi.*" *)

§. 62. *Αἰσθόμενος δ' Εὐφίλητος ὡς ἤκοιμι.* Praeclare quoque hoc loco Valckenaer.: de cujus emendatione Luzacii verba iterum describam. — „Emendationi
„ Reiskianae, qua scribit *ὡς μὴ ἤκοιμι*, praestat sine
„ dubio Valckenaeriana *ὡς ΚΑΜΟΙΜΙ, cum intelle-*
„ *xisset Euphiletus, me lecto decumbere.* Neque enim,
„ Andocidem jam tum absentem esse, satis erat: ut tu-
„ to rem falsam asseverare posset Euphiletus, longiori
„ opus erat absentia et aegritudine decumbentis ex vul-
„ nere: *κάμνειν aegrotare, lecto decumbere,* seu ex
„ morbo, seu ex vulnere. Sic mox §. 64. *ἔκαμνον καὶ*
„ *οὐκ ἀνιστάμην ἐκ τῆς κλίνης*: et §. 120. *καμοῦσα*
„ *ἀπέθανεν.* HARPOCRAT. v. *περίοδος* de febribus in-
„ termittentibus, tertiana ac quartana, *καὶ γὰρ ἐπὶ τού-*

---

*) „Vir Cl. istius pulli caussam ita h. l. egit, ut nec equi naturam, nec verbi rationem sequeretur et *λειπογνώμονα* intelligeret eum, qui *nondum* habet *γνώμονας*, et pullum fingeret, cujus aetas ex dentibus cognosci non posset: et Andocidem putaret suum pullum conscendisse, *nondum dentes habentem*; qui quum jam primo mense veniant, certe orator pullum adeo recentem conscendens, non satis suae ipse mentis compos fuerit. At primum *λειπογνώμων* est qui *non amplius indices aetatis, dentes*, habet: ita diserte Lexicographi: in his Etymolog. M., Hesych. s. v. [et Grammaticus apud BEKK. in Anecdott. T. I. p. 49: *Λειπογνώμων: σημαίνει τὸν μηδέπω τὸν ὀδόντα βληκότα δι' οὗ ἡ ἡλικία τῶν ἵππων καὶ τῶν ἄλλων τετραπόδων γνωρίζεται*]: quibus addatur JOACH. CAMERAR. in Commentar. Utr. Linguae p. 131. Et constans haec est analogia in hac vocum compositione: *λειπόδειρμος, λειπόθυμος, λειπανδρεῖν, λειπόσαρκος, λειπόψυχος* et alia, non sunt qui *nondum* habent id, quod adjecto vocabulo significatur: sed qui *non amplius* habent, quos id defecit. Deinde neminem fugit pulli aetatem e dentibus cognosci: quibus trigesimo mense ac deinceps abeuntibus alios succedere *γνώμονας*: quorum indicium deficere septimo aut octavo anno. Ex Veteribus rem notarunt Aristot. Hist. Anim. VI, 22. Apsyrtus Hippiatric. XCVI, p. 226. Etymolog. M. l. l. Varro de R. R. II, 7. Columella VI, 29. Plin. H. N. XI, 64. In *ὀψιμαθείας* Theophrasteo Charactere similis notatur sero discentis temeritas: *εἰς ἀγρὸν ἐφ' ἵππου ἀλλοτρίου ὀχούμενος, ἅμα μελετᾶν ἱππάζεσθαι, καὶ πεσὼν τὴν κεφαλὴν κατεαγέναι*· ita enim viri docti nobis legendum persuadent: *dum rus pergit, alieno equo vehens, simul equitare discere vult, et labens caput perfringit.* Exemplum in rem praesentem conveniens." Wyttenb. l. l. p 106. seqq. BEKK. c. A *ὅ μοι ἦν*; *ὅμοι ἦ* BLZ. et Burmejanus. —

„ των (forte ἀπὸ τούτων) οἱ κάμνοντες δοκοῦσιν ἐν ταῖς „ τῶν ἀνέσεων ἡμέραις μηδὲν νοσεῖν, ἀλλὰ ὑγιεῖς εἶ- „ ναι. Apud DEMOSTH. π. στεφ. p. 307. §. 243. est, „ νῦν ἡμῖν λέγεις ὑπὲρ τῶν παρεληλυθότων, ὥςπερ ἂν „ εἴ τις ἰατρὸς, ἀσθενοῦσι μὲν τοῖς κάμνουσιν εἰςιὼν, „ μὴ λέγοι μηδὲ δεικνύοι, δι' ὧν ἀποφεύξωνται τὴν νό- 125
„ σον: ubi κάμνουσι *Scholia* interpretantur νοσοῦσι, cer- „ to argumento, Scholion pariter esse ἀσθενοῦσι μὲν, „ quas voces abundare, quivis Valckenaerio adsentietur. „ Eleganter idem Vir magnus hoc verbum κάμνειν re- „ stituit Auctori *Epistolar. Socraticar.*, epist. XXXII. „ p. 71. v. 23. ubi est: ὅτι δὲ τὰ καιριώτατα τοῦ σώ- „ ματος ΚΑΓ ΤΩ ΌΝΤΙ, ἡ κεφαλὴ καὶ τὰ ἐν αὐ- „ τῇ, περίεστιν, εὖ ἔχει: corrigit Valcken.: ὅτι δὲ τὰ „ καιριώτατα τοῦ σώματος ΚΑΜΝΟΝΤΙ, ἡ κεφαλὴ „ καὶ τὰ ἐν αὐτῇ, περίεστιν, εὖ ἔχει. *Quod aegrotanti* „ *praecipuae et maxime vitales tibi sanae supersint cor-* „ *poris partes, caput et quae sunt in capite, bene hoc* „ *se habet.* Sequitur τῶν δὲ λοιπῶν τὴν προςήκουσαν „ ἐπιμέλειαν ποιοῦ μετά τε ἰατρῶν κ. τ. λ." [Probat c. WYTTENB. l. l. p. 100. A. G. BECK. — I. BEKK. cum AB ἔχοιμι. Codd. LZ. praeb. οἴχοιμι.]

Ibid. Ὁ Ἑρμῆς caet. respicit hunc locum HARPOCRAT. v. Ἀνδοκίδου Ἑρμῆς. Conf. quae monui cap. II. [adde BOSSLER. l. l. p. 29. seqq.]

§. 63. Ὡς ἐμοῦ τοῦτο ποιήσαντος. Reiske corrigit ποιήσοντος, et sic etiam Valcken., quamvis dubitanter. [BEKK. ποιήσαντος.]

Ibid. Δεινὰ ἐποίουν, ὅτι εἰδείην. Valckenaerio legendum videtur ἐποιοῦντο.*)

Ibid. Χαλεπώτεροί σοι ἐχθροὶ ἡμεῖς ἐσόμεθα, ἢ
ἄλλοι τινὲς δι' ἡμᾶς φίλοι. De hisce verbis ad me scri- 126
bentem ipsum audi Luzacium. „Scabritiem his inesse „ quamdam vidit Reiskius, quae quomodo complananda „ esset, haud reperiebat: deesse aliquid arbitratur. Sen- „ tentia mihi haec esse videtur. *Si tu nos prodas, gra-* „ *viores tibi nos erimus inimici, quam utilis tibi futura* „ *est haec proditio, magisque tibi nocebimus, quam pro-* „ *derunt, quos per proditionem nostram demerueris et* „ *tibi conciliaveris.* Fortassis ita legendum: χαλεπώτε- „ ροί σοι ἐχθροὶ ἡμεῖς ἐσόμεθα, ἢ λυσιτελεῖς δι' ἡμᾶς

*) Hanc emendat. non necessariam esse docuit C. FOERTSCHIO (in Comment. crit. p. 23. n.) DOBREUS Advers. T. I. p. 179. cf. JACOBITZ. ad Luciani Tox. p. 65.

„ *φίλοι.* Vicini sunt ductus literarum *ΑΛΛΟΙ ΤΙ-*
„ *ΝΕC* et *ΛΥCΙΤΕΛΕΙΓC.* Porro *φίλοι δι' ἡμᾶς*
„ sunt, *quos tibi in nostra causa, seu per nos prodi-*
„ *tos conciliaveris.* Sic mox §. 66. *ἐλύσατε τοὺς ἐμοὺς*
„ *συγγενεῖς δι' ἐμέ. Me vobis talia denunciante, con-*
„ *sanguineos meos vinculis liberastis:* §. 68. *οὗτοι μὲν*
„ *ἔφυγον δι' ἐμέ· ego delatione mea auctor fui, ut hi*
„ *in exilium ejicerentur;* dein *ὁρῶσι τοῦ ἡλίου τὸ φῶς*
„ *δι' ἐμέ.* §. 125. est *τεθνάναι νομίσασα λυσιτελεῖν,*
„ *ἢ ζῆν ὁρῶσα τὰ γινόμενα:* ubi *μᾶλλον* intelligitur, uti
„ alibi saepius. Vere LYSIAS *δημ. κατ. ἀπ.* §. 27.
„ fin. *οὐκ ἄξιον τούτοις πολλάκις χρῆσθαι συμβούλοις,*
„ *οἷς οὐδὲ ἅπαξ ἐλυσιτέλησε πειθομένοις.*" *)

---

*) „Quamvis vicini sint litterarum ductus, conjectura tamen caeteras artis criticae leges migrat. Grammatica ratio requi-rit nomen, quod opponatur antecedenti *ἡμεῖς*, quod nomen habemus in vulg. lectione *ἄλλοι τινὲς*: in qua quum desidere-mus nomen, quod antecedenti *χαλεπώτεροι* opponatur, non ejusmodi afferenda est medicina, quae vetus vitium novo vi-tio sanet, veterem hiatum expleat novo hiatu aperiundo, in-deque materia in veterem hiatum transferenda: veluti h. l. nomen desideratum effingit Vir Cl. jactura nominis necessarii *ἄλλοι τινές.* Poterat, ut huic officio satisfaceret, retinere *ἄλλοι* legendo *ἢ ἄλλοι λυσιτελεῖν δι' ἡμᾶς φίλοι.* Neque hoc dicimus ac si ita conjectura probabilis reddatur: sed saltem ut minus, quam antea, improbabilis fiat. Tum requirimus exempla hujus dictionis *λυσιτελῆ τινι εἶναι.* Nam *ὠφέλιμόν τινι εἶναι, γίνεσθαι, λυσιτελής, λυσιτελεῖν τινι,* nota sunt: *λυσιτε-λῆ τινι εἶναι* non item. — At locus non corruptus est. Ver-borum *χαλεπώτεροί σοι ἐχθροὶ ἡμεῖς ἐσόμεθα, ἢ ἄλλοι τινὲς δι' ἡμᾶς φίλοι* hic sensus est: *Graviores tibi inimici erimus, quam alii tibi propter nos proditos amici erunt.* Hoc recte et Graece et Latine dici non videmus quare dubitetur; siquidem *χαλε-πώτεροι*, quod proprie pertinet ad *ἐχθροί*, etiam continuatur et accommodatur ad *φίλοι*: quasi dicatur: *nos fortiores tibi erimus inimici, quam alii amici: nostra inimicitia fortior erit ad tibi nocendum, quam aliorum amicitia ad tibi bene faciendum.* Haec significationis ab antecedenti vocabulo ad sequens con-tinuandae non infrequens est Graecis: animadversa jam a DORVILL. ad Charit. p. 396. seqq. Quin ipse Andoc. in h. orat. §. 81. *καὶ περὶ πλείονος ἐποιήσασθε σώζειν τὴν πόλιν, ἢ τὰς ἰδίας τιμωρίας.* REISK. dubitat, num addendum sit *ἐπεξιέναι* vel *τιμωρεῖσθαι ἀδικίας* legendum: at hujusmodi quid e verbo *σώζειν* subaudiri debet, *pluris fecistis servare civitatem, quam vestras vindictas: maluistis patriam servare, quam vin-dictae cupiditatem retinere.* Plato Leg. V. p. 610. A.: *σκε-ψαμένη τι χρὴ χρῆσθαι τοῖς περιγενομένοις, ἢ τοῖς ἐλλείπουσι* quod accipiendum: *considerans quid fieri oporteat, si aut re-*

§. 65. *Ἄμίαν τοῦτον ἐξ Αἰγίνης.* De hisce sententiam suam jam prodidit VALCKEN. *Diatr. Eurip.* p. 127
293. c. In Adversariis ita scripserat. „Quid? an causam peroranti Andocidi aderat peregrinus Aegineta? „Cras credam; interim corrigam *καὶ Ἀμίαντον τὸν ἐξ Αἰγίνης.*“ Et sic etiam Reiske, non consulto Valckenaerio [sic quoque BEKK. c. AB]. Andocidem hanc causam egisse in senatu, saepius monet Valcken., uti §. 43. h. l. et alibi; §. 91. *ἡ δὲ βουλὴ αὕτη – τὶ ὄμνυσι*: quod mihi tamen secus videri, sequenti Capite dicendi erit locus.

§. 69. *Οὑτωσὶ δὲ ἔχει, ὦ ἄνδρες· μέχρι τούτου ἀναβήσονται, καὶ λέξουσιν ὑμῖν, ἕως ἂν ἀκροᾶσθαι βούλησθε.* Mihi omnino legendum videtur *ἔχειν, ὦ ἄνδρες, μέχρι* caet. *Illi vero, quos dixi, o judices, tamdiu coram vobis progredientur, et testabuntur, rem ita se habere, donec vos audire volueritis.* [Male. Retinenda est c. BEKK. omnium librorum scriptura.]

---

dundent, aut deficiant. Simile est XI. p. 676. C. Isocrat. Epist. ad Philipp. p. 703. *οὐκ εἰς ἐπιστολῆς συμμετρίαν, ἀλλ' εἰς λόγου μῆκος ἐξοκείλας* quod interpretandum *non intra epistolae mediocritatem me continens, sed in orationis longitudinem provectus.* Alia etiam dabimus ad Plut. Opp. Morr. p. 27. E. In eodem genere solemus animadvertere Ciceronis de Legg. II., 17.: *Vidimus eos, qui nisi odissent patriam, nunquam inimici nobis fuissent, ardentes cum cupiditate, tum metu, tum conscientia*: seorsim et singularibus in sententiis non poterat dici: *ardere metu, ardere conscientia*: at poterat dici praeeunte *ardentes cupiditate.* In Latinis hunc usum notaverunt PERIZON. ad Sanctii Min. IV. 8. 5. et J. M. HEUSINGER. ad Nepot. Alcib. III. 5.“ — Wyttenb. l. l. p. 107. — 111. vide BREMII Excurs. III. ad Lys. p. 437.

128 CAPUT SEPTIMUM.

Orationis de Mysteriis *pars altera saepius emendatur. Isotimidis Psephisma.* Ἀναυμαχίας *actio. Tribunalia Atheniensium, quae de caede cognoscebant: Areopagus, in Palladio, in Delphinio, in Prytaneo, in Phreatto. Ab* ἀμνηστείᾳ *quinam fuerint exclusi. Causa haec acta videtur in Heliaea.* Ἄλλο τι ἤ. *Psephismatum forma. Psephisma Demophanti.* Πολλὰ κἀγαθά. *Pison; Theognis. Error Andocidis historicus. Accusativus item Nominativus pro Genitivo absoluto.* Ἐξηγεῖσθαι. *Hegemon: Epichares.* Κατεκυλίσθη. Ἀνατρέπειν. Ἀρχώνης: *nonnulla de vectigali Quinquagesimae.* Του *foemininum. Reorum preces.*

In priori parte Orationis, illud confecit Andocides, se neque in Mysteria peccasse, neque in Hermas: in altera parte, ad quam accedit crisis nostra, ostendit, se ne tum quidem, si vera foret inimicorum accusatio, esse puniendum; cum sublatae essent leges, quae illum a fo-
129 ro et templis arcerent: leges illas subtiliter exponit; multisque in accusatores et acerbe invehitur. De nomine Cephisii, quem inter illos primum memorat, conferri potest VALCKEN. *ad Callim. Fragm.* p. 235.

§. 71. Ὃ *εἶπεν εἷς ὅτι μηδ' ἴσον ἐμοὶ προσῆκον οὐδέν.* Felicissime hunc locum sanarunt tres summi viri, quamvis alter alterum non consuluisset. Primus fuit G. CANTER., qui *Nov. Lect.* L. VIII. c. 10. emendavit ὃ *εἶπεν Ἰσοτιμίδης ἐμοὶ προσῆκον οὐδέν,* et sic etiam VALCKEN. *Diatr. Eur.* p. 293. c. [et ad Callimach. p. 236.] Tandem utriusque ignarus Reiskius item suo marte reposuit *Ἰσοτιμίδης, οὗ ἐμοὶ π. ο.* Articulum *οὗ* addi non quidem est necesse; crediderim tamen in antiquis Codd. exstitisse, praesertim cum in M. Ald. varia lectio notata sit *μηδ' ἴσου.* *)

---

*) BEKK. Ἰσοτιμίδης οὗ. ABL. εἷς ὅτι μηδ' ἴσου. Z. c. caett. εἷς ὅτι μηδ' ἴσον. Caeterum BEKK. c. ABLZ προσήκει, etsi

§. 73. Ἐπεὶ γὰρ caet. Cum h. l. Andocidis conf. XENOPH. *Hellen.* l. II. c. 2. §. 6. (p. 269. v. 23. ed. Steph.).

Ibid. Ὁπόσοι εὐθύνας ὤφειλον. Videtur usitatum ὦφλον hic quoque reponendum, quod nec displicuerat PIERSONO ad *Moer.* p. 427. [p. 314. ed. Lips. Sic REISK. T. VIII. p. 458. BEKK. retinuit ὤφειλον; vide SCHOEM. ad Isae. p. 360.].

Ibid. Ἢ ὠνὰς πριάμενοι ἐκ τοῦ δημοσίου μὴ κατέβαλον τὰ χρήματα, ἢ ἐγγύας ἠγγυήσαντο πρὸς τὸ δημόσιον, τούτοις caet. Vitiosa est profecto lectio edit. 130 Aldinae ἐγγυήσαντο, quae tamen verae vestigia habet. Non enim, si qui fidejussisset aerario pro debitore, is erat infamis, sed si fidejussione sua non stetisset, neque debito tempore pecuniam solvisset: quod manifestum est ex sequentibus, ubi dicit, illos, si nona Prytania non solvissent, tum demum fieri infames, et duplum debere incipere: quae ratio me movet, ut corrigam ἐγγυήσαντες. *Quicunque vel redemtis vectigalibus, vel cum aerario publico sponsores pro debitoribus essent facti, debitas pecunias non solvissent.* *)

§. 74. Pro ναυμαχίας Reisk. legit μαλακίας. Sed, ut locum vitiosum vere existimavit, sic in remedio erravit. Vera est omnino conjectura Valckenaeriana: ἀναυμαχίας, (quemadmodum et in M. Ald. legitur,) quam tamen deinde vidit praereptam sibi a PETITO *Comment. ad LL. Att.* p. 558. KUSTER. *ad Suid.* v. Ἀναυμαχίου: TAYLOR. *Lect. Lys.* p. 715, col. 2. init. Antecedentia SUID. d. l. ita scribit: οὕτω δὲ δεῖ καὶ αὐτοὺς καὶ τοὺς ἐξ αὐτῶν ἀτίμους εἶναι. Secundum POLLUC. l. VIII. s. 43. ἀναυμαχίου reus est ὁ τὴν ναῦν μὲν μὴ λιπών, μὴ μέντοι ναυμαχήσας. [BEKK. ἀναυμαχίου. A. ναυμαχίου, caeteri ναυμαχίας. Caeterum vide BEKKERI Anecdota T. I. p. 217.]

§. 75. Τούτων ἦσαν οὗτοι ἄτιμοι. Reisk. articulum οἱ interponit: οὗτοι οἱ ἄτιμοι. Τούτων LUZAC. in- 131

---

quod vulgo legitur πρεσβεῖον nullam praeberet offensionem; vide DORVILL. ad Charit. p. 610. FOERTSCH. Comment. crit. p. 59. et SCHOEM. ad Isae. p. 443. Impense errat FRANZ. apud Lys. orat. XVIII. de publ. bonor. Eucrat. §. 11. scribens suo Marte πρεσβεῖον ἦν. — Simili ratione Thucyd. I, 140. εἰρημένον „cum dictum sit"; vide GOELLER. T. I, p. 281.

*) SLUITERUM errare docuit SCHOEM. in Ord. Jud. p. 516. n. 26. BEKK. quoque e. ABLZ retinuit ἐγγυήσαντο.

telligit *τοῦ δήμου καὶ τῆς βουλῆς. In concione populi et in senatu erant infames, intestabiles.*

§. 78. Citatur hic locus ab HARPOCRAT. et SUID. v. *Λογισταί*, quos vide.

Ibid. *Πλὴν ὁπόσα ἐν στήλαις γέγραπται τῶν μὴ ἐνθάδε μεινάντων, ἢ ἐξ Ἀρείου πάγου, ἢ τῶν Ἐφετῶν, ἢ ἐκ Πρυτανείου, ἢ Δελφινίου ἐδικάσθη, ἢ ὑπὸ τῶν βασιλέων, ἢ ἐπὶ φόνῳ τίς ἐστι φυγὴ, ἢ θάνατος κατεγνώσθη, ἢ σφαγεῦσιν, ἢ τυράννοις· τά τε ἄλλα πάντα ἐξαλεῖψαι τοὺς πράκτορας καὶ τὴν βουλὴν, καὶ τὰ εἰρημένα πανταχόθεν κ. τ. λ.* Pro *τίς ἐστι φυγὴ* Reisk. conjecit *τισὶν ἢ φυγή*. Si quid mutandum esset, mallem *τινὸς ἢ φυγή*. — Nusquam enim verbum *καταγινώσκειν* dativo jungitur, semper genitivo. Sed non opus est quidquam mutare, si unam particulam *ἢ* deleveris, quod verissime conjecit LUZAC. Vir. Cl. legens. — *Ἐδικάσθη ὑπὸ τῶν βασιλέων*. Omnia tribunalia *φονικὰ* enumerantur, praeter quintum in Phreatto, cui, utpote erga exules constituto, locus hic non erat. Reliqua quatuor erant Areopagus, tribunal in Palladio, in Delphinio, in Prytanéo. Nam *οἱ Ἐφέται* [vide C. F. HERMANNI Handb. §. 103 et 104. et C. O. MUELLER. ad Aeschyli Eum. p. 151.] dicti sunt eximie judices in Palladio sedentes; quamquam universe omnes in Palladio, Delphinio et Prytanéo, judices istud *τῶν Ἐφετῶν* habuerunt nomen, quippe ad quos *γραφαὶ ἐφέσιμοι* referuntur, id est, causae provocationis, nempe a Rege sacrorum, qui, post *ἀνάκρισιν*, appellationem recipiebat et *τοὺς Ἐφέτας*, sive judices ex Areopago lectos sortitosque quinquaginta, convocabat sive ad Palladium *), sive in Delphinium, sive in Prytanéum, pro diverso criminis genere et defensionis forma. Ipse ad istos *Ἐφέτας* referebat, eorum quippe praeses; unde et *Ἐφέται* numero quinquaginta et unus fuisse feruntur, quinque, ut credibile est, ex

132

*) Quaenam fuerit natura criminum, de quibus Ephetae in Palladio sententiam dicebant, luculenter docet Aristophanis fragmentum 533. DIND. (apud Eusthat. p. 1419, 52.), quod animi caussa huc affero: *καὶ δικαστήριον ἱστοροῦσιν Ἀθήνησιν ἐπώνυμον τῆς Παλλάδος· Ἀριστοφάνης.*

Ἄκων κτενῶ σε τέκνον
ὁ δ' ὑπεκρίνατο
ἐπὶ Παλλαδίῳ τἄρ', ὦ πάτερ, δώσεις δίκην

ἐδίκαζον δὲ κατὰ Παυσανίαν ἐκεῖ ἀκουσίους φόνους ἐφέται. De hoc loco omnium optime disputat F. V. FRITZSCH. in Comment. de Daetall. p. 129. —

unaquaque Tribu, cum Rege Sacrorum. Itaque sensus h. l. est: *Exceptis eorum, qui in terram peregrinam fugerunt, nominibus, quae columnis sunt inscripta, seu sententia universi Areopagi, seu lectorum judicum in Palladio, in Prytanéo, vel in Delphinio, contra eos lata sit, praeside aliquo Sacrorum Rege, atque ex illius auctoritate, sive caedis causa, vel exilium sit irrogatum, vel capitale supplicium decretum, seu homicidis et sicariis, seu tyrannis*, id est sanguinis reis, sive sanguinem privati profuderint (*σφαγεῖς*, *) sive auctoritate publica grassantes (*τύραννοι*). Praeclara et vera est haec Luzacii de Tribunalibus illis sententia, nec, quantum sciam, id a quoquam fuit animadversum. Paucis autem et summatim ea explicui, quae pluribus et latius demonstrare solet Vir Clar. in egregiis Lectionibus domesti- 133
cis, quibus *Antiquitatis Atticae* partem alteram, quae *Rempublicam et Jus Atticum* continet, discipulis enarrat; quae ut non diutius privatarum scholarum parietibus includat, sed ad communem utilitatem aliquando publicis literarum monumentis consecret, et optamus, et bonarum artium doctrinarumque commodo vehementer flagitamus, cum plurimum ipse ad hanc Antiquitatis partem illustrandam conferre possit. — Emendationem Luzacii confirmat etiam lex *Solonis* apud PLUT. in *Vita* ejus p. 88. E. *ἀτίμων, ὅσοι ἄτιμοι ἦσαν πρὶν ἢ Σόλωνα ἄρξαι, ἐπιτίμους εἶναι, πλὴν ὅσοι ἐξ Ἀρείου πάγου, ἢ ὅσοι ἐκ τῶν Ἐφετῶν, ἢ ἐκ Πρυτανείου καταδικασθέντες ὑπὸ τῶν βασιλέων, ἐπὶ φόνῳ ἢ σφαγαῖσιν, ἢ ἐπὶ τυραννίδι ἔφυγον, ὅτε θεσμὸς ἐφάνη ὅδε.* Ultima psephismatis verba, *ἢ σφαγεῦσιν, ἢ τυράννοις*, non pendent a proxime praecedenti *κατεγνώσθη*, sed ad universam sententiam: *ἐδικάσθη ὑπὸ τῶν βασιλέων* et *ἐπὶ φόνῳ τις ἐστι φυγή*, sunt referenda. Nam in stilo legum Grammatica *ἀκρίβεια* non semper est quaerenda, in quibus res magis, quam verba, spectari solent. Si cui tamen haec sententia minus probetur, is legere possit ex Plutarcho, *ἢ ἐπὶ σφαγαῖσιν, ἢ τυραννίδι:* tametsi id equidem necessarium non duco. Pro *τά τε ἄλλα* scribendum existimo *τὰ δὲ ἄλλα*, quae est Reiskii conjectura. Pro *καὶ τὰ εἰρημένα* 134
haud scio an corrigendum sit *κατὰ τὰ εἰρημένα*, hoc

*) „Male explicat SLUIT. *σφαγεῦσι*. *Φόνος a private murder*: *σφαγή, a massacre*, scil. in motu civili; ita Xenoph. etc.“ DOBRAEUS in Advers. T. I. p. 181.

sensu: *reliqua vero omnia nomina, secundum ea quae dicta sunt, delere Praetoras et Senatum, ubicunque eorum aliquod in publicis tabulis est perscriptum, et, si quod exemplum eorum exstet, illud exhibere Thesmothetas aliosque Magistratus.* *)

§. 81. *Ἐπειδὴ ἐπανήλθετε ἐκ Πειραιέως.* Reisk. corrigit ἐπεὶ δέ. M. Ald. ἐπειδὴ δὲ, quemadmodum et mihi ante visum fuit legi oportere [et δὲ recepit BEKK. e. ABLZ.] Fortasse pro *Πειραιέως* scribendum *Πειραιῶς*, ut plerumque solent Attici: vid. THOM. MAG. p. 700. MOER. p. 314. et Interpp. ad i. l. [vide edit. Lips. p. 232. et BLUM. ad Lycurg. p. 71.] add. TAYL. *Ind. Lys. Regiminum.*

§. 82. *Ἐπειδὴ δὲ βουλήν τε ἀπεκληρώσατε, νομοθέτας τε εἵλεσθε, εὕρισκον τῶν νόμων — πολλοὺς κ. τ. λ.* Cum priora non habeant antapodosin, Reisk. legit οὗτοι δὲ εὕρισκον, vel εὑρίσκοντες. Equidem malim, quod et Luzacio placet: εὕρισκόν τε τῶν νόμων caet. [BEKK. vulg. retinuit].

§. 83. *Οἷδε ᾑρημένοι νομοθέται.* Particulam δὲ hic locum habere non posse animadvertit Reiskius. Itaque vel deleri vult, vel scribi *ΔΕ*, quod erit δεκάκις

*) Ψήφισμα a Patroclide latum Ol. 93. 4. (405.), ubi Alexias archon fuit. De verbis εὔθυναί τινές εἰσι κατεγνωσμέναι ἐν τοῖς λογιστηρίοις ὑπὸ τῶν εὐθύνων ἢ παρέδρων κτέ. vide BOECKH. Oec. Ath. T. I. p. 207. et PLATNER. T. I. p. 347. Verba ἢ ἐκ πρυτανείου ἢ Δελφινίου ἐδικάσθη, ἢ ὑπὸ τῶν βασιλέων ἢ ἐπὶ φόνῳ κτέ. acriter vexabant Viros Doctos; vide SCHOEMANNI Ord. Jud. p. 20. not. 36. — PLATNERUS Proc. T. I. p. 15. haec verba: ἢ ἐκ Πρυτανείου, ἢ Δελφινίου spuria putat. Primum enim Ephetarum judicia non omnia commemorari; deinde verba illa prorsus redundare, quippe jam continerentur verbo ἐφέται; denique se nescire, quid verba ὑπὸ τῶν βασιλέων significare debeant, quum βασιλεὺς causas tantummodo instrueret, neque vero ipse sententiam ferret. — Sed has ob causas equidem verba non damnaverim. Delphinio omnium, ut videtur, gravissimo Prytaneum, cui minima competebat potestas, opponitur, ut fere nos diceremus „mag er vom grössten oder kleinsten Ephetenhof verdammt sein." Deinde verbo ὑπὸ βασιλέων deleto ἢ bene sese habere hac significatione „regum praesidio" bene docuisse mihi videtur SLUIT., cui ἢ delenti SCHOEM. l. l. adsentitur. Vide C. O. MUELLER. ad Aesch. Eum. p. 157. n. 13. Quo vero jure hic nominari potuerit prytaneum, ego quoque nescio. — De ἀντίγραφον vide Interprett. ad Moer. p. 6. edit. Lips. Caeterum de ultimis verbis inspice Hermann. de particula ἄν (Opusc. T. IV. p. 153.) —

πέντε, sive πεντήκοντα. Mihi potius videtur εἴΔΕ corruptum esse ex οἱ N, id est, οἱ πεντήκοντα; nisi fortasse quis malit οἱ δέκα. *)

§. 85. Ἐπεὶ δὲ ἀνεγράφησαν, ἐθέμεθα νόμον, ᾧ 135
πάντες χρῆσθε, μηδὲ περὶ ἑνὸς ἄρα γε ἐστὶ τοῦτο, ὅτι περιελέλειπτο, περὶ ὅτου οἷόντε ἢ ἀρχὴν εἰσάγειν, ἢ ὑμῶν πρᾶξαί τινι, ἀλλ' ἢ κατὰ τοὺς ἄνω γεγραμμένους νόμους. Vexatissimum locum, in quo multum vidit Reiskii ingenium, ex codice poterimus sanare. Accidit enim hic, quod alibi saepius, librariis, ut omiserint verba nonnulla inter duas voces similes interjecta. Ad marginem igitur Ald. edit. haec verba post v. χρῆσθε inserta sunt: καί μοι ἀνάγνωσθε τὸν νόμον: ἀγράφῳ νόμῳ τὰς ἀρχὰς μὴ χρῆσθαι. Atque ibidem pro ἄνω γεγραμμένους scriptum est ἀναγεγραμμένους, prouti conjecit Reisk. Itaque sic totum locum constituam: — ἐθέμεθα νόμον, ᾧ πάντες (vel πάντως) χρῆσθε· καί μοι ἀνάγνωθι τὸν νόμον. ΝΟΜΟΣ. Ἀγράφῳ νόμῳ τὰς ἀρχὰς μὴ χρῆσθαι μηδὲ περὶ ἑνός· ἄραγε ἐστὶν οὐδὲν ὅ, τι περιελέλειπτο, περὶ ὅτου οἷόν τε ἢ ἀρχὴν εἰσάγειν, ἢ ὑμῶν πρᾶξαί τινα, ἀλλ' ἢ κατὰ τοὺς ἀναγεγραμμένους νόμους. Et huc etiam redit sententia Clar. LUZACII, qui ita fere locum ex ingenio emendarat. Sensus est: *Postquam vero omnes hae leges, renovatae, in tabulis fuerunt conscriptae, haec Lex lata est, qua omnes (aut omnino) utimini. Praelege mihi hanc Legem.* LEX. „Ne lege non renovata et in tabulas non relata in ulla re „utantur magistratus caet." *Profecto igitur nihil re-* 136
lictum est, de quo vel magistratus possit accusationem ad judices referre, vel quisquam vestrum litem movere mulctamve exigere, nisi secundum Leges in novis tabulis propositas. Jam addit orator: ὅπου οὖν ἀγράφῳ νόμῳ οὐκ ἔξεστι χρήσασθαι, ἦπου ἂν ἀγράφῳ γε ψηφίσματι παντάπασιν οὐ δεῖ γε χρήσασθαι. Summo jure Valcken. emendasse videtur ἦ πού δή: *illic multo sana minus decet decreta populi non renovato uti.* **) Reli-

---

*) Probabilior est REISKII ratio. BEKK. vulg. retinuit. DOBREUS in Advers. T. I. p. 181. οἱ ἤδη ης. Caeterum cur demi crearint nomothetas, docet PLATNER. in Symbol. p. 171.

**) Quod REISK. legendum proposuerat ἀναγεγραμμένους probat OSANN. l. l. p. 703., qui affert Demosth. in Timocr. p. 713. 20. καὶ ὅσοι [νόμοι] ἐν Εὐκλείδου ἐτέθησαν καὶ εἰσιν ἀνα-

qua hujus legis quae affert orator pag. seq. init. citat etiam DEMOSTH. *in Aristocr.* p. 649. R. §. 87. *)

§. 88. Librarii negligentia in codice ad marginem edit. Ald. collato verba *τὰς δὲ δίκας ὦ ἄνδρες — ἐγένοντο* omissa fuerunt.

§. 90. *Καὶ οὐ μνησικακήσω τῶν πολιτῶν οὐδενί, πλὴν τῶν τριάκοντα καὶ τῶν ἕνδεκα.* Reisk. in locum τῶν ἕνδεκα substitui vult τῶν δέκα· sed hanc emendationem dicit dudum occupasse VALESIUM *Emend.* L. I. c. 33. p. 41. At vero non bene Valesium intellexit Reisk.; nam, quod mihi ante in mentem venerat, post *τῶν ἕνδεκα* inserendum esse *καὶ τῶν δέκα*, nempe propter locum XENOPH. *Hell.* i. II. c. 4. §. 28. id postea vidi Valesium quoque conjecisse, et pluribus confirmasse, non autem ita emendasse, uti dicit Reisk. **)

137 §. 91. *Ἡ δὲ βουλὴ αὕτη ἀεὶ βουλεύουσα τι ὄμ*[illegible] *σι;* offendit hic locus Reiskium, qui *αὕτη* servari [illegible] vult; sed ei subjungi articulum *ἡ*; alioquin sic esse legendum *ἡ δὲ βουλὴ αὖ ἡ ἀεὶ β.* [Et sic jure BEKK. c. BOECKHIO Oec. Ath. T. II. p. 209.]. Pronomini certe demonstrativo hic locum non esse, inde patet, quod causa acta sit coram Heliaea. Sed *ἡ βουλὴ ἡ ἀεὶ βουλεύουσα* (ita simpliciter legebat Valckenaer) est Senatus Quingentorum sive illi qui quotannis in Senatum leguntur,

ἀναγεγραμμένους, κυρίους εἶναι cf. BOECKH. Oec. Ath. T. II. p. 205. SLUIT. ad orat. de reditu §. 23. fin. Utriusque viri sententiam confirmant codd. AB., qui praebent *ἀναγεγραμμένους* quod BEKK. quoque recepit. Verba, quae SLUIT. e margine Aldinae recipienda duxit, recepit BEKK., sed pro *περιείληπτο* scripsit cum REISKIO *περιελήφθω*. Illud *ἧπου ἂν* jure improbant VALCKEN. et OSANN. (contra REISIG. in Conjectt. p. 44.) et BEKK. Vide HERMANN. de particula *ἂν* Opusc. IV. p. 39. cf. orat. de pace §. 24. *Οὐκ* ante *ἔξεστι* omiserunt LZ, sed jure retinuit BEKK. Duplex *γε* offendere nequit. Vide MATTHIAE. Gr. Gr. p. 1208. R. KLOTZ. in Quaestt. critt. p. 26.

*) Ubi *ψήφισμα δὲ μηδὲν μήτε βουλῆς μήτε δήμου νόμου κυριώτερον εἶναι.* Vide SCHAEFERI Apparat. T. IV. p. 185. et C. F. HERMANN. de magistratt. p. 4. not.

**) „Potius cum REISKIO malim *καὶ τῶν δέκα,* quam c. VALESIO *καὶ τῶν δέκα καὶ τῶν ἕνδεκα.* Sed nescio an sententiam suam paullulum immutarit vir ille summus ad Harpocr. p. 267. [T. II. p. 454. edit. Lips.]" DOBRAEUS in Advers. T. I. p. 182.

οἱ ἀεὶ βουλεύοντες. De exquisita hac notione adverbii ἀεὶ in Lysiacis [p. 277.] dicemus. Numquam Heliaea dicitur βουλή: causam vero hanc coram Heliaea esse actam primum quidem inde efficio, quod pleraeque Orationes ἐνδείξεως, quas hodieque habemus, habitae sint in judicio Heliastico, tum quod semper Judices appellet, ὦ ἄνδρες, ἄνδρες Ἀθηναῖοι, Ἀθηναῖοι, nunquam ὦ βουλή. In ipso quidem orationis initio apud CLEMENT. legi ὦ ἄνδρες δικασταί, antea monui; illud tamen potius μνημονικὸν ἁμάρτημα Clementis esse arbitror. Plerumque sermonem ad totum populum dirigit, cujus nempe vices gerebat Heliaea: §. 82. dicit ἐπειδὴ δὲ βουλὴν — ἀπεκληρώσατε. Hoccine vero ad ipsum Senatum diceret? Causae ἐνδείξεως prius a Senatu examinabantur [cf. SCHOEM. Ord. Jud. p. 245. n. 7.], deinde remittebantur ad Heliaeam: haec causa jam apud Senatum acta erat; nam Calliae in Andocidem calumnia (§. 112.) in 138
Senatu erat proposita. Nunc causa apud Heliastas agitur, quos mox ipse compellat his verbis: ὑμεῖς δ' αὖ, ὦ Ἀθηναῖοι, τί ὀμόσαντες δικάζετε. Ita neque Senatores, neque Areopagitas compellasset. [At vide SCHOEM. Ord. Jud. p. 237. et praecipue PLATNER. in Proc. p. 283—285.] In Heliastarum jurejurando §. 92. perperam scriptum est οὐδ' ἄλλο πείσομαι· germana lectio est ἄλλῳ [et sic BEKK. e. ABLZ.]; uti et Reiskio consentiens emendaverat Valckenaerius. Vitium, TAYLORO non perspectum (in *Vita Lysiae* p. 32. in nota) jam sustulit PETIT. *Comment. ad LL. Att.* L. IV. T. I. p. 398.

§. 92. Σκέψασθε τοίνυν, ὦ ἄνδρες, καὶ τοὺς νόμους, καὶ τοὺς κατηγόρους, τί αὐτοῖς ὑπαρχόντων ἑτέρων κατηγοροῦσι. Verissima mihi videtur emendatio, quam mecum communicavit Vir Cl. Io. Luzac.: σκέψασθε τοίνυν, ὦ ἄνδρες, κατὰ τοὺς νόμους, καὶ τοὺς κατηγόρους, τίνες αὐτοὶ ὑπάρχοντες ἑτέρων κατηγοροῦσι. *Jam quoque spectate, judices, secundum legitimos juris tramites, ipsos etiam accusatores, quales ipsi cum sint, alios accusare ausint.* *)

---

*) Ultimam emendationis partem probat WYTTENB. l. l. p. 113., sed retinet illud καὶ τοὺς νόμους (quod REISK. delendum statuit) explicans: *Itaque considerate, judices, et leges, e accusatores, quales isti quum sint alios accusent.* Mea quidem sententia BEKK. optime scripsit: καὶ τοὺς νόμους καὶ τ. κατη., τί αὐτοῖς ὑπάρχει ἑτέρων κατηγ...

Ibid. *Πριάμενος ὠνὴν ἐκ τοῦ δημοσίου, καὶ ἐκ ταύ-
της ἐπικαρπίας τῶν ἐν τῇ γῇ γεωργούντων ἐννενήκοντα
μνᾶς ἐκλέξας* caet. Valcken. legit *ἐκ ταύτης τῆς ἐπικαρ-
πίας*. M. Ald. *τὰς ἐκ ταύτης ἐπικαρπίας*: quod magis
probo [quodque BEKK. c. ABLZ.]. Verba *ἐν τῇ γῇ*,
139 in quibus et Reisk. haesit, mihi quoque sunt suspecta.
Videtur in iis nomen latere insulae vel regionis Athe-
niensibus subjectae. *)

§. 93. *Ὅτι τοῖς νόμοις ἀπεψηφίσασθε ἀπ' Εὐ-
κλείδου ἄρχοντος χρῆσθαι.* Valcken. *ἐπεψηφίσασθε* le-
gens, quemadmodum fere Reisk., addit: „populus *ψηφί-*
„ *ζεται*, senatus *ἐπιψηφίζεται*.“ [Sed vide C. F. HERM.
Handb. §. 129. n. 16.]. Mihi altera Reiskii conjectura
magis placet, qua legit *ἐψηφίσασθε*: quoniam in Helia-
starum consessu causam actam esse existimo. [Et sic
BEKK.]

Ibid. *Ἃ ἔχει ὑμῶν ἐκλέξας.* Ad haec Valcke-
naerius. „Paulo ante recte legitur *ἐκλέξας*: hic legi
„ malim *ἐκλέψας*.“

§. 94. *Καὶ οὗτος ὁ νόμος καὶ πρότερον ἦν ὡς
καλῶς ἔχων, καὶ νῦν ἐστι, καὶ χρῆσθε αὐτῷ.* Duplex
mihi in mentem venit hujus loci emendatio; nam, si le-
geretur, *καί τοι οὗτος ὁ νόμος καὶ πρότερον ἦν, καὶ νῦν
ἐστὶ καλῶς ἔχων*, nihil esset, quod reprehenderem. Ma-
lim tamen hoc modo corrigere: *καί τοι οὗτος ὁ νόμος
καὶ πρότερον ἦν καλῶς ἔχων, καὶ νῦν ἔτι χρῆσθε αὐτῷ*
caet. [Jure BEKK. vulg. retinuit.]

§. 95. *Ἀλλ' ὅτι οὖν, ὦ Ἐπιχάρης, ἢ νῦν ὁ ἀπο-
κτείνας σε καθαρὸς τὰς χεῖρας ἔσται, κατά γε τὸν Σό-
λωνος νόμον.* Pro *ἀλλ' ὅτι οὖν* legendum esse *ἄλλο τι
140 οὖν* recte, me quidem judice, vidit Reisk. [et ante REISK.
jam CANTER. in Synt. crit. p. 253. ed. STURZ.], quem
tamen miror vim hujus locutionis non cepisse, quae non
est nisi formula ajens. *Profecto, o Epichares,* (*ὦ Ἐπι-
χάρη*, vel *ὦ Ἐπίχαρες*) *qui te nunc occiderit, caedis non
erit reus, sed purus manibus.* Ita infra §. 114. *ἄλλο
τι ἢ αὐτὸς μὲν αὐτὸν ἀπώλλυεν*: de reditu §. 17. *ἄλλο
τι ἢ τὰ ὑμέτερα ὑμῖν διδόασι*: de pace §. 10. *ἄλλο τι ἢ
τοῦτο* caet. Ita enim et illo loco [cum ABZ] legendum
est, qui eodem, quo hicce, vitio laborat. HERODOT. I.

*) Verba bene sese habent. Vide BOECKHII Oec. Ath. T. I. p. 326. n. 25. et p. 167. Caeterum jure BEKK. c. LZ scripsit ἐνενήκοντα pro ἐννενήκοντα; vide BUTTM. Gr. maj. T. I. p. [illegible]3. [illegible] SINTENIS ad Plut. Aristid. p. 38.

I. c. 109. ἄλλο τι ἢ λείπεται τὸ ἐντεῦθεν ἐμοὶ κινδύνων ὁ μέγιστος: PLAT. in *Critone* p. 50. A. ἄλλο τι ἢ τούτῳ τῷ ἔργῳ, ᾧ ἐπιχειρεῖς, διανοῇ τούς τε νόμους ἡμᾶς ἀπολέσαι: p. 52. D. ἄλλο τι ἢ ὁμολογῶμεν. — Ἄλλο οὖν — ἢ ξυνθήκας — παραβαίνεις: LYS. accusat Dardan. §. 5. ἄλλο τι οὖν ἀξιοῖς ἢ ἀποθανεῖν: quo loco item male οὐκ intrudit Reisk. Eadem locutio est apud ARISTOPH. in *Pace* v. 922. *Eccles.* v. 395. et 766. paulo aliter *Nub.* v. 653.

Τίς ἄλλος ἀντὶ τουτουὶ τοῦ δακτύλου.

Conf. FR. VIGER. *de Idiotism. L. Gr.* c. 3. s. 11. §. 8. p. 152. p. 148. Lips. MARKL.. *ad l. l. Lysiae* [et BREMIUM p. 231. FOERTSCH. tamen tacite retinuit REISKII lectionem. Sed ego faciendum duco c. FRANZIO ad. h. l.] et *c. Andoc.* §. 4. Aliter tamen Valcken., qui existimabat ὅτι οὖν et ἢ νῦν variam esse ejusdem vocis lectionem, ita ut νῦν correctio esset ab alia manu adjecta, rectae lectionis nempe pro corrupto οὖν: atque 141 sic locum constituebat: ἀλλ' ἔτι νῦν, ὦ Ἐπίχαρες, ὁ ἀποκτείνας σε caet.

§. 96. Ἐάν τις ἐπρυτάνευε. Verissima est Stephani et Scaligeri emendatio Αἰαντὶς ἐπρυτάνευε [et sic AB.]. Idemque conjecerat Vir Doctus, qui ad Aldinam haec notarat: *videtur esse corruptum ex aliquo nomine proprio: leg. Αἰαντίς· ἐστὶ δὲ φυλή.* Solebant enim Athenienses decretis superscribere nomen Tribus, e qua Prytanes illo tempore Senatui praeerant, item Epistatae, Scribae et Oratoris, qui Legem rogasset, sive decretum proposuisset. Conf. §. 77. et §. 83. Exemplorum affatim praebent orationes DEMOSTH. *pro Cor.* et *in Timocr.* [vide SCHOEM. de Comitiis p. 131. seqq.]. Atticorum Psephismatum formam facete ad Deos transtulit LUCIAN. in *Deor. Concil.* Opp. T. III. p. 536. q. l. GESNER. hanc etiam in Andocide emendationem prodidit. Similem SCtorum formam jocose imitatur ARISTOPH. *Thesmophor.* v. 379. seqq. Conf. SIGON. *de Republ. Athen.* L. II.

§. 97. Ἀποδώσω τὰ ἡμίσεα τῷ ἀποκτείναντι καὶ λόγῳ, καὶ ψήφῳ, καὶ οὐκ ἀποστερήσω οὐδέν. In M. Ald. legitur καὶ λόγῳ, καὶ ἔργῳ, καὶ ψήφῳ. At Valcken. haec loco mota putabat, neque aptum sane hic sensum habent. Acutissime JO. LUZAC. Vir Cl. ea referenda 142 esse vidit ad antecedentt. hoc modo: κτενῶ τῇ ἐμαυτοῦ χειρὶ, ἂν δυνατὸς ᾦ, καὶ λόγῳ, καὶ ψήφῳ, ὅς ἂν καταλύ-

σῃ. — *Occidam mea ipse, si possim, manu, vel suasor ero oratione ad populum, vel adsensum dabo in suffragio ferundo*. Sic de eodem hoc Demophanti Psephismate LYCURG. *in Leocr.* p. 165. R. §. 127. διομωμόκατε δ' ἐν τῷ ψηφίσματι τῷ Δημοφάντου κτείνειν τὸν τὴν πατρίδα προδιδόντα καὶ λόγῳ, καὶ ἔργῳ, καὶ χειρὶ, καὶ ψήφῳ. Ubi suspicatur Luzac., verba καὶ ἔργῳ Glossema esse sequentis καὶ χειρί. Et fortasse e Lycurgi loco fluxit illud καὶ ἔργῳ, quod M. Ald. habet. Similem notaverat Valcken. locum Democriti apud STOB. Serm. XLII. p. 279. v. 11. [T. II. p. 172. edit. Lips.] Κιξάλλην καὶ λῃστὴν πάντα κτείνων τὶς ἀθῶος ἂν εἴη καὶ αὐτοχειρίῃ καὶ κελεύων καὶ ψήφῳ: ubi κελεύων eandem habet potestatem, quam h. l. τῷ λόγῳ. Apud AESCHIN. π. τ. παραπρ. p. 43. R. §. 115. in jurejurando Amphictyonum: — τιμωρήσειν καὶ ποδὶ, καὶ χειρὶ, καὶ φωνῇ, καὶ πάσῃ δυνάμει.*) Conf. eundem *in Ctesiph.* p. 69. §. 109. fin. et p. 70. R. §. 120.

§. 98. Καὶ ἐπεύχεσθε εὐορκοῦντι μὲν εἶναι πολλὰ καὶ ἀγαθά. In margine ed. Aldinae legitur πολλὰ καὶ καλὰ καὶ ἀγαθά. Quod sive ex codice, sive ex conje-
143 ctura notaverit Vir doct., qui illo exemplari usus est, mihi quidem necessarium non videtur. Exquisita est et Attica formula πολλὰ κἀγαθὰ, saepe apud optimos scriptores obvia, cf. [MATTHIAE Gr. §. 444. 4. CORAJUS apud BENSEL. ad Isocr. Areop. p. 175.]. LYS. *in Agor.* §. 95. πολλὰ κἀγαθὰ ὑμᾶς ποιήσαντες. Conf. Apol. Mantith. §. 19., de affect. tyr. §. 4. et §. 11. XENOPH. *Hell.* l. V. c. I. §. 3. ARISTOPH. *Vesp.* v. 1295. *Pace* v. 435. et 537. *Eccl.* v. 453. *Lys.* v. 1162. nec dubito quin *Thesmoph.* v. 358. pro

Εὔχεσθε πάσαις πολλὰ δοῦναι τἀγαθά,

---

*) Quo loco, id quod in transcursu moneo, BEKK. cod. i ductus scripsit: καὶ χειρὶ καὶ ποδί. At hicce codex haud dubie olet librarii manum, qui magis Graece loqui voluit, quam ipse Aeschines. Quare magnopere dolendum est BEKKERUM in recensenda oratione de F. L. huic codici tantam tribuisse vim auctoritatemque. Aliquot locis iccirco perturbatis prima veraque species restituta est ab ORELL. in ed. BREM. (Vol. II. p. XXIV. XXVI. XXVII. XXIX. XXX.) Alios CAR. SCHEIBIUS, vir amic., de Aeschine valde meriturus, mecum communicavit, quorum mentio, ubi occasio data fuerit, in h. libro fiet. — Caeterum vide Eurip. Hecub. v. 836. καὶ χερσὶ καὶ κόμαισι καὶ ποδῶν βάσει ad q. l. cf. PFLUGK. p. 74.

legendum sit *πολλὰ δοῦναι κἀγαθά*: item in *Ran.* v. 1071. pro *πολλοὺς ἀγαθοὺς*, malim inserto *κ* legi *πολλοὺς κἀγαθοὺς*, quod certe *ἀττικώτερον* est. Nam et *πολλοὶ κἀγαθοὶ* Atticis est usitatum: vid. LYS. in Agorat. §. 13. §. 27. et §. 61. caet. ARISTOPH. in *Pace* v. 968. seq. *πολλὰ καὶ καλὰ* est apud LYS. c. Poliarch. §. 3. [adde in Evandr. §. 3.] *πολλὰ καὶ δεινὰ* apud eundem in Agorat. §. 43. et in Evandr. §. 1. ARISTOPH. *Av.* 861. ISOCR. *de Pace* p. 180. D. R. p. 105. *πολλὰ καὶ κακὰ* dixit ARISTOPH. *Equit.* v. 1273. [cf. PFLUGK. ad Hecub. p. 59.]. *πονηροὶ καὶ πολλοί*: LYS. de Invalido §. 19. Attamen et *πολλοὶ καὶ καλοὶ κἀγαθοὶ* junguntur in Nicomach. §. 14. *πολλ' ἀγαθὰ* et *πολλὰ κακὰ* dicitur ab ARISTOPH. *Eccl.* v. 435. seq. hic vero, ut dicebam, mihi non necessarium videtur *καὶ καλὰ* e M. Ald. 144
interponere. Uti autem bona omnia evenire precantur ei, qui jusjurandum religiose servet, ita contra imprecantur *ἐπιορκοῦντι δὲ, ἐξώλη εἶναι αὐτὸν καὶ τὸ γένος*. Sic quidem scribendum existimo: ab editis articulus abest. *)

§. 100. *Εἶτα σὺ περὶ ἑταιρείας ἐμοὶ μνείαν ποιῇ; — ὃς ἐνὶ μὲν οὐχ ἑταιρήσας κ. τ. λ.* HARPOCRAT. de v. *Ἑταιρεία* hoc notat: *ἰδίως ἐπὶ τῆς ἑταιρήσεως τοὔνομα τέταχεν Ἀνδοκίδης, ἐν τῇ περὶ τῶν Μυστηρίων ἀπολογίᾳ*, et hinc idem notat SUID. in v. Verbum *ἑταιρήσας* mutari malim in *ἑταίρησας*, si quando in codice ita inveniatur: quamvis etiam, uti nunc legitur, loci structura grammatices praeceptis non sit contraria. [Quod SLUIT. vult, recepit BEKK. cum ABLZ.]

Ibid. *Ἀλλ' ὅμως οὗτος ἑταιρῶν ἐτόλμα κατηγορεῖν.* Reisk. *ἑτέρων* pro *ἑταιρῶν* legere jubet, et ita etiam Valcken. „Erat, inquit, Cephisius accusator, ut e proxi„mis liquet, turpi quaestu *ἑταιρηκώς*, quali publice ver„ba facere non licebat. Hic tamen *ἑτέρων* legendum, „*οὗτος ὁ ἑταιρῶν ἑτέρων ἐτόλμα κατηγορεῖν.*"

§. 101. *Βλέπων εἰς αὐτὸν, οὐδὲν ἄλλο, ἢ ἀπὸ τῶν τριάκοντα συνειλημμένος, ἔδοξα κρίνεσθαι.* Praepositioni *ἀπὸ* hic locus non est: scribendum *ὑπὸ* uti §. 102. et 145. sic etiam judicaverat Valckenaerius, et in M. Ald. scriptum inveni [et sic ABLM].

---

*) Articulus minime necessarius est. cf. Demosth. de fals. leg. §. 71. *ἐξώλη ποιεῖν αὐτὸν καὶ γένος καὶ οἰκίαν.* Idem c. Aristocrat. §. 67. *διομεῖται κατ' ἐξωλείας αὐτοῦ καὶ γένους καὶ οἰκίας* et saep. etsi noster §. 126. habet *ἢ ἐξώλη εἶναι καὶ αὐτὸν καὶ τὴν οἰκίαν.* vid. BLUM. ad Lycurg. p. 59.

Ibid. * *Καὶ γὰρ νῦν, ἀνέκρινε δ' ἄν με τὶς ἄλλος, ἢ Χαρικλῆς; ἐρωτῶν*, caet. Verba *καὶ γὰρ νῦν* si jungantur cum sequentibus, credamus Andocidem a xxx Tyrannis correptum et ita interrogatum fuisse, ut mox dicit, cum tamen abfuerit Athenis et Elide habitaverit, quo tempore illi Athenis dominabantur, uti capite IV. monuimus. Itaque vel verba quaedam exciderunt, quemadmodum Reiskius voluit, vel *καὶ γὰρ νῦν* per brachylogiam dicitur: *nunc enim libera civitate falso me accusat*: sed verba illa *τὶς ἄλλος* explicari mihi velim; quae vel mendose librarius scripsit pro nomine quodam unius e Tyrannis, vel cum nomen legere non posset, lacunae signum asteriscum posuit, et in margine notavit, nomen alius cujusdam ex Tyrannis ibi excidisse, * *τὶς ἄλλος*. Fortasse Pison excidit, vel Theognis, qui inter saevissimos Tyrannorum recensentur a LYSIA *in Eratosthenem* §. 6. ab HARP. v. *Θέογνις* et v. *Πείσων*, ex d. l. Lysiae; et in eorum numerum referuntur a XENOPH. *Hellen.* L. II. c. 3. §. 2. Satyrus etiam, *τῶν ἕνδεκα* illo tempore truculentissimus, non absurde hic foret memoratus. Critiae aut Theramenis nomen etiam imperitissi-
146 mus librariorum vel ex obscurissimo literarum ductu potuisset eruere. *)

§. 102. *Οὐδὲν τούτων πεποίηκας; οὐδέν.* Apud Aldum haec verba una serie leguntur, et signum interrogandi post secundum *οὐδὲν* ponitur. In margine Vir Doct. notaverat *οὐδὲ τούτων πεποίηκας οὐδέν*; vulgatam tamen lectionem meliorem existimo. **)

§. 103. *Ἀλλὰ γὰρ, ὦ ἄνδρες, τὴν μὲν ἔνδειξιν ἐποιήσαντό μου κατὰ νόμον κείμενον· τὴν δὲ κατηγορίαν κατὰ τὸ ψήφισμα καὶ πρότερον γεγενημένον περὶ ἑτέρων.* Psephisma quod dicit est illud, quod jam ante memoravimus, cujus scribendi auctor fuerat Isotimides. Mentionem ejus injecit §. 8. praecipue §. 70. Qui locus huic, quem tractamus, fere par est: *Κηφίσιος γὰρ ούτοσὶ ἐνέδειξε μέν με κατὰ τὸν νόμον τὸν κείμενον, τὴν δὲ κατηγορίαν ποιεῖται κατὰ ψήφισμα πρότερον γενόμενον, ὃ εἶπεν Ἰσοτιμίδης, οὐ ἐμοὶ προσήκει οὐδέν.* Quo loco Reiskius *ψήφισμα πρότερον γενόμενον* recte expli-

---

*) Nihil mihi deesse videtur. Jure BEKK. post *καὶ γὰρ νῦν* interpunxit. Vide A. G. BECKERI interpretationem p. 186.

**) BEKK. c. ABLZ *οὐδὲν τούτων πεποίηκας. Οὐδέν;* De *εἰ — οὐ συνδήσομαι* vide HERM. ad Med. v. 348. (cf. §. 33.) et BREMI. ad Lys. p. 111. —

cat: „quod Psephisma olim aliquando erat ratum, in „ usu, nunc nullum est. Ante Euclidem Archontem „ valebat, nunc desiit. Non enim fuit eo Archonte cum „ aliis legibus restauratum.“ Cur ad se non pertineat, hanc reddit rationem: *ὁ μὲν γὰρ εἶπεν εἴργεσθαι τῶν ἱερῶν τοὺς ἀσεβήσαντας καὶ ὁμολογήσαντας, ἐμοὶ δὲ* 147
τούτων οὐδέτερα πεποίηται, οὐδὲ ἠσέβηται, οὐδὲ ὡμολόγηται. Ex illo igitur loco hunc, qui in manibus est, ita facile corrigas: — *τὴν δὲ κατηγορίαν κατὰ ψήφισμα καὶ πρότερον γεγενημένον καὶ περὶ ἑτέρων. Detulerunt me secundum Legem ratam atque validam, accusarunt vero secundum Decretum, quod et pridem factum est, nec Euclide Archonte renovatum, et de aliis agebat, neque ullo modo ad me spectabat.* *)

§. 106. *Νικήσαντες μαχόμενοι τοὺς τυράννους ἐπὶ Παλληνίῳ*, caet. De hisce nostram sententiam jam indicavimus cap. I. Valckenaerius in schedis suis haec notaverat: „In Margine emendatur *Χαβρίου*, res incer- „ ta: ipsa historia latet. Videtur historia tangi Pisistra- „ ti apud MEURS. in *Παλλήνῃ*. — An leg. *Παλλη-* „ *νείῳ*?“ **)

---

*) Cum SLUITERO facit DOBR. in Advers. T. I. p. 183. At BEKKER. scripsit cum ABLZ. τὸ πρότερον pro καὶ πρότερον. In sequentibus ὁρᾶτε μὴ οὐκ ἐμοὶ μάλιστα τῶν πολιτῶν προσήκει displicuit BERNHARDYO (Syntax. p. 402.) Indicativus Praesentis. At male; vide GOETTLING. ad Aristotelis Pol. p. 312. et Euripidis Phoeniss. v. 90.

ἐπίσχες, ὡς ἂν προὐξερευνήσω στίβον,
μή τις πολιτῶν ἐν τρίβῳ φαντάζεται
κἀμοὶ μὲν ἔλθῃ φαῦλος.

de quo loco optime contra ROTH. et MATTH. (Gr. §. 520, 4.) BUSCH. disputavit in Actis Diurnis Scholastt. 1828. p. 293.

**) ELMSL. ad Eurip. Heracl. v. 849. nostro loco mavult ἐπὶ Παλληνίῳ. Nam nomen non Παλλήνη sed Πάλληνον fuisse suspicatur ex adverbio Παλλήναδε, cujus loco Βαλλήναδε per jocum dixit Aristoph. Acharn. 234. [de quo more vide F. V. FRITZSCH. in Comm. de Daetal. p. 35.] At impense errat Vir acutissimus; nam nemo non videt illud Παλλήναδε bene formari posse ab Παλλήνη. Accedit quod demus nusquam dicitur Πάλληνον, sed semper Παλλήνη cf. Harp. s. v. Παλληνεὺς coll. c. Photii Lex. s. v. Παλληνεύς· vide GROTEF. de demis p. 32. et SICKLERI Geogr. Antiq. T. II. p. 107. Caeterum Schol. ad Arist. l. l. haec docet: οἱ Παλληνεῖς δημός ἐστι τῆς Ἀττικῆς· ἔνθα Πεισιστράτῳ βουλομένῳ τυραννεῖν

§. 107. *Ἠξίουν, σφᾶς αὐτοὺς προτάξαντας πρὸ τῶν Ἑλλήνων ἁπάντων ἀπαντῆσαι τοῖς βαρβάροις Μαραθωνάδε.* Grammatica ratio *προτάξαντες* scribi postulat [et sic Bekk. c. LZ.]. Ita enim verba sunt ordinanda: *Προτάξαντες σφᾶς αὐτοὺς πρὸ τῶν Ἑλλήνων ἁπάντων ἠξίουν ἀπαντῆσαι.*

§. 108. *Τὴν πόλιν ἀνάστατον παραλαβόντες κ. τ. λ.* Verissime ad haec verba notat Valckenaerius:
„Confundere videtur Andocides diversissima, Persica sub
148 „ Miltiade et Dario et victoriam Marathoniam §. 107.
„ quaeque evenere sub Themistocle, Xerxis gesta. Hic
„ urbem incendio delevit (§.108.) non ille. Nihil ma-
„ gis est manifestum, quam diversa ab Oratore con-
„ fundi.“ *)

§. 110. *Καὶ οὕτως εἰσὶ τολμηροί, ὥσθ', ἃ αὐτοὶ κατεσκεύασαν, οὐκ ἀρκεῖ αὐτοῖς, ὅτι οὐ κατέσχον, ἃ ἐπεβούλευσαν, ἀλλὰ καὶ κατηγορίαν ἐμοῦ ποιοῦνται, ὡς ἀδικοῦντος.* Miror tantam librariorum incuriam in Codicibus Andocidis describendis, qui verbis saepe male disjunctis, aut alieno loco collocatis, sententiam misere vellicarint. Quod et hic iis accidisse credo, cum verba, *ἃ αὐτοὶ κατεσκεύασαν*, male a suo loco, qui videtur esse post *ἀδικοῦντος*, sint divulsa, in alienum prorsus intrusa. Quisque, credo, mecum leget: *ὥστ' οὐκ ἀρκεῖ αὐτοῖς, ὅτι οὐ κατέσχον ἃ ἐπεβούλευσαν, ἀλλὰ καὶ κατηγορίαν ἐμοῦ ποιοῦνται, ὡς ἀδικοῦντος, ἃ αὐτοὶ κατεσκεύασαν: Tam audaces sunt, ut non satis sit illis, male cessisse eorum insidias, sed ut me etiam accusent, quasi ego illud commisissem, quod illi meo malo praeparaverant.* **)

καὶ Ἀθηναίοις ἀμυνομένοις αὐτὸν πόλεμος συνέστη· συγκέκοπται δὲ ἡ λέξις· τὸ γὰρ ὁλόκληρόν ἐστι Παλληναιάδε — — — Μέμνηται δὲ τούτου καὶ Ἀνδροτίων καὶ Ἀριστοτέλης ἐν Ἀθηναίων πολιτείᾳ. Phot.: *τὸ ἀπὸ τῆς Παλλανίδος τὸ φοβερόν. ἀπὸ τῆς ἐπὶ Παλλανίδι μάχης, ἐν ᾗ ἡττήθησαν Ἀθηναῖοι.* — — — et mihi non dubium est, quin intelligi debeat Pisistrati historia; vide A. G. BECKER. p. 10.

*) „Quod Andocides de amnestia belli Persici temporibus hic prodit, non publicum esse potuit, sed magis oratorium est. Nam primum amnestiae exemplum occurrit in historicis, ubi Thrasybulus Pireaeum occupavit victis XXX viris.“ F. A. WOLF. ad Lept. p. 460. 11. (Apparat. III. p. 82.) cf. C. F. HERM. Handb. §. 71, 5. et §. 169, 6. —

**) Cum SLUITERO facit DOBREUS in Adversar. T. I. p. 183. Sed jure BEKK. vulg. ordinem retinuit. Duplicem fere

§. 112. *Ἀναστὰς Καλλίας ὁ Ἱππονίκου τὴν σκευὴν ἔχων.* De Callia et illius *σκευῇ*, seu sacra *δᾳδούχου* veste, vid. PALMER. *Exerc. ad Auct. Gr.* p. 668.

Ibid. *Καὶ ἔδειξεν αὐτοῖς, τίς τὴν ἱκετηρίαν κατα-* 149
θείη· καὶ οὐδεὶς ὑπήκουεν· ἡμεῖς δὲ παρέστημεν, καὶ οὗτος ἡμᾶς ἑώρα, ἐπειδὴ δὲ οὐδεὶς ὑπήκουεν, καὶ ᾤχετο εἰσιὼν, ἐπεξελθὼν Εὐκλῆς οὑτοσί· καὶ μοὶ κάλει αὐτόν· πρῶτα μὲν οὖν ταῦτα εἰ ἀληθῆ λέγω, μαρτύρησον, Εὔκλεις. Si haec verba non melius intellexerit Eucles, quam nos intelligimus, ex boni viri officio testimonium dicere non potuit. Priora mihi satis probabiliter a Reiskio emendata visa sunt: in seqq. verba quaedam excidisse putavi, ita fortasse restituenda, *ἐπεξελθὼν Εὐκλῆς οὑτοσὶ πάλιν ταυτὸν ἠρώτα*, quae omiserit librarius, deceptus sequentibus — *κάλει αὐτὸν πρῶτα.* Luzacio ita locus videtur constituendus. *Καὶ ἔδοξεν ἀνακρίνειν, τίς τὴν ἱκετηρίαν καταθείη· καὶ οὐδεὶς ὑπήκουεν. ἡμεῖς δὲ παρέστημεν, καὶ οὗτος ἡμᾶς ἠρώτα· ἐπειδὴ δὲ οὐδεὶς ὑπήκουεν, καὶ ᾤχετο εἰσιὼν, ὑπεξῆλθεν Εὐκλῆς οὑτοσί· καὶ μοὶ κάλει αὐτόν. Et postquam dixisset Callias, visum est senatui, quaestionem habere, quis ramum deposuisset. Nemo autem ad hanc quaestionem respondit. Nos vero citati aderamus. Itaque et nos Callias interrogavit. Cum autem nemo responsione sua factum agnovisset, ipse vero Callias in senatum rediisset, exiit inde Eucles.* Quam emendationem veri habere speciem, nemo, opinor, diffitebitur. [At Codd. AB post *ἔδειξεν αὐτοῖς·* addunt: *καθ' ὁ κῆρυξ ἐκήρυττε*, quod BEKK. recepit]. Caeterum illa *ἱκετηρία* erat ramus oleae lana obvolutus, sive, ut AESCHYLI verbis utar, *Eumenid.* v. 43. 150

— Ἐλαίας ὑψιγέννητόν κλάδος
Λήνει μεγίστῳ σωφρόνως ἐστεμμένος
Ἀργῆτι μαλλῷ. —

---

inter apodosin media est protasis. cf. §. 11. (FOERTSCHII Comment. crit. p. 23.). In prioribus hujusce §. verbis: *ὡς καταθείη — νόμος δὲ ἦν* jure respuunt BERNHARDY (Syntax. p. 375.) et R. KLOTZIUS (Quaestt. critt. p. 107.) BEKKERI correctionem: *ὃ εἴη*, quam DOBREUS l. l. recepit, qui §. 115. quoque scribendum suadet *ἐξηγήσαιτο* et apud Lys. de trunco §. 34. pro *λέγων ὅτι εἰσὶν — καὶ ἕτοιμος ἦμην* contra omnes libros: *ὅτι εἶεν — ἕτοιμος εἴην.* At de *ἤμην* vide Interprett. ad Moer. p. 127. ed. Lips. Apud nostrum vero quod primo loco dicitur, magis tamquam alterius cogitatio affertur, itaque *Optativo* expressum est: hoc autem (*νόμος δὲ ἦν*), quum in facto positum sit, recte *Indicativo* modo dictum est.

idemque *Supplic.* v. 345. has ἱκετηρίας vocat λευκοστεφεῖς νεοθρέπτους κλάδους· et similiter hoc vocabulum exponitur ab HARP. et SUIDA in v. Scholiasta SOPH. ad *Oed. Tyr.* v. 3. EURIP. ad *Orestem* v. 383. Supplices his ramis usos fuisse, res est satis nota: iisque genua, manus, mentumque tangebant ejus, quem orabant. Vid. EURIPIDEM *Iphig. Aul.* v. 1216. *Heracl.* v. 227. et Scholiasten ad *Androm.* v. 895. Item in aris ramos deponi solitos, liquet ex Aeschyli *Suppl.* et Sophoclis ll. citt. EURIPIDIS *Suppl.* v. 124. eosque, re non impetrata abeuntes, in aris relinquebant. Vid. ibid. v. 258. [ibique MARKLAND. adde SCHAEFER. ad Longi Pastoralia p. 366.] — Apud DIONYS. HALIC. Lib. I. p. 16. v. 9. Pelasgi, in pacis ac deditionis signum, Aboriginum exercitui obviam eunt inermes, ἱκετηρίας προτείνοντες. Quin et legati, suppliciter petendae rei gratia ad populum regemve quempiam, sive ad victorem, venientes, hujusmodi ramis erant instructi; velnti Thebanorum ad Arcades legati apud DINARCH. *in Demosth.*
151 §. 18. fin. Jugurthae ad Metellum apud SALLUST. *B. Jug.* cap. 46. Aeneas apud VIRG. *Aen.* L. VII. v. 154. Oratores centum ad Latinum mittit *ramis velatos Palladis omnes*, ad q. l. vid. HEYN. Conf. L. XI. v. 101. Poëtis illi olivae rami saepius στέμματα, στέφη, κλάδοι ἱκετήριοι, et similiter audiunt. Jamque apud Homerum Il. A. v. 14. Chryses in castra Graecorum venit:

Στέμματ' ἔχων ἐν χερσὶν ἑκηβόλου Ἀπόλλωνος.

Sallustio l. c. *supplicia* dicuntur, ubi conf. CORTII nota. Verum non tantum his in causis usus ille valuit, sed etiam Athenis, qui senatui aut populo supplicarentur, sive orarent aliquid, sive deprecarentur, ἱκετηρίας manibus tenebant, aut in ara deponebant. AESCHINES *in Timarch.* p. 14. R. §. 104. Τοῦ πρεσβύτου ἱκετηρίαν θέντος εἰς τὴν βουλὴν ὑπὲρ τοῦ μισθοῦ. *Falsa Legat.* p. 30. R. §. 15. ὑπὲρ δὲ τούτων ἱκετηρίας θέντες ἐν τῷ δήμῳ, ἐδέοντο ὑμῶν. DEMOSTH. *pro Corona* p. 262. R. §. 107. οὐκ ἱκετηρίαν ἔθηκε τριήραρχος οὐδεὶς πώποθ' ὡς ἀδικούμενος παρ' ὑμῖν· *in Timocratem* p. 703. R. §. 12. ὡς ἔθεσαν τὴν ἱκετηρίαν, ὧν ἦν τὰ χρήματα, ἄνθρωποι· *in Macart.* p. 1078. fin. R. §. 83. νομίζετε δὴ παῖδα τοῦτον, ὦ ἄνδρες δικασταί, ἱκετηρίαν ὑμῖν προκεῖσθαι παρὰ τῶν τετελευτηκότων (ita recte ed.
152 Reisk.) et lepide suo more ARISTOPH. in *Pluto* v. 382.

Ὁρῶ τιν', ἐπὶ τοῦ βήματος καθεδούμενον,
Ἱκετηρίαν ἔχοντα, μετὰ τῶν παιδίων
Καὶ τῆς γυναικός. —

et hoc ipso ANDOC. loco Calliam ad Senatum retulisse, ὅτι ἱκετηρία κεῖται ἐπὶ τοῦ βωμοῦ, in templo Cereris Eleusiniae, ubi tunc senatus habebatur. [Cf. Coelius Rhod. Ant. Lect. L. XIII. c. 19. col. 650. D. SLUIT. in Add.]

§. 113. Ἔλεξαν γάρ, — ὅτι αὐτὼ μὲν τὼ θεὼ περιαγάγοιεν, ὥστε θεῖναι τὴν ἱκετηρίαν. Probabilis est Valckenaerii conjectura, ὅτι αὐτά με τὼ θεὼ ἐπαγάγοιεν. *Ipsas me Deas induxisse, ut ramum deponerem, quo facto poenas darem.* [Et sic BEKK. c. ABLZ. DOBREUS in Advers. T. I. p. 183. vult παραγάγοιεν ut Aeschyl. Persae 98.]

§. 116. Πρῶτον μὲν ἐξηγῇ κηρύκων, ὧν οὐχ ὅσιόν σοι ἐξηγεῖσθαι. Ad h. l. Reiskius, „Schedae, inquit, „Scaligeri κηρύκτων. Quod nescio quid sibi velit.“ Non dubito quin vere emendaverit Scaliger κῆρυξ ὢν *cum sis praeco sacer.* Alterum ὢν videtur delendum. Ἐξηγῇ κῆρυξ ὤν, οὐχ ὅσιόν σοι ἐξηγεῖσθαι. Intelligitur participium ὄν: eademque est hujus dictionis potestas, ac si scripsisset οὐχ ὁσίου σοι ὄντος ἐξηγεῖσθαι. Graecos accusativis hoc modo uti, alio loco dictum est. Ipse ANDOCID. §. 81. δόξαντα δὲ ὑμῖν ταῦτα, εἵλεσθε ἄν- 153
δρας εἴκοσι. LYSIAS c. *Alcib.* §. 16. οὐκ ἀξιοῦντες τοῦ Ἀλκιβιάδου υἱέος τοσαύτην δειλίαν καταγνῶναι· ὡς ἐκεῖνον πολλῶν ἀγαθῶν — αἴτιον γεγενημένον. ISOCRATES *Panegyr.* p. 43. A. §. 11. ὥσπερ ὁμοίως ἀμφοτέρους δέον ἔχειν — ἢ σφᾶς μὲν διορῶντας τὰς μετριότητας· τὸν δὲ ἀκριβῶς ἐπιστάμενον λέγειν, ἁπλῶς οὐκ ἂν μὴ δυνάμενον εἰπεῖν. *Areopagit.* p. 148. A. §. 40. ἐμφράγματα γὰρ αὐτοὺς ποιουμένους τῶν ἁμαρτημάτων, πολλοὺς γίγνεσθαι τοὺς νόμους ἀναγκάζεσθαι. *De Pace* p. 160. c. §. 8. ὡς δόξῃ μὲν χρωμένους, ὅ, τι ἂν τύχῃ δὲ γενησόμενον, οὕτω διανοεῖσθαι. *De Bigis* p. 351. B. §. 23. ὥσπερ οὐ πάντας εἰδότας, ὅτι καὶ τοῖς φαυλοτάτοις ἔξεστιν — ARISTOPH. *Acharn.* v 1181.

Πτίλον δὲ τὸ μέγα κομπολακύθου πεσὸν
Πρὸς ταῖς πέτραισι, δεινὸν ἐξήυδα μέλος.

Nominativi absoluti pro genitivo exemplum est apud ARISTOPH. ibid. v. 1163. seqq. EUR. *Phoeniss.* v. 290.

ubi vid. VALCKEN.*) Dicit igitur Cephalus, non licere Calliae, quippe Praeconi, *de Jure Sacro respondere*. Haec enim hujus verbi vis est; apud PSEUDO—LYSIAM *in Andoc*. §. 10. mentio est *νόμων ἀγράφων, καθ' οὓς Εὐμολπίδαι ἐξηγοῦνται*. Et modo §. 115. Callias dixisse narratur, *ὅτι ὁ πατὴρ αὐτοῦ Ἱππόνικος ἐξηγήσα-*
154 *το ταῦτα Ἀθηναίοις*. PLUT. in *Theseo* p. 11. c. refert Theseum constituisse Eupatridas *ἱερῶν τε καὶ ὁσίων ἐξηγητάς*. An etiam *de Jure Civili respondere* dicatur *ἐξηγεῖσθαι*, valde dubito: ex nullo certe mihi constat loco. Nam et apud DEMOSTH. *in Euergum* p. 1160. R. §. 68. qui memorantur *ἐξηγηταί*, illi *ἐξηγήσαντο* de muliere defuncta, adeoque de re, quae pertinebat ad Jura Manium, quae Juris Sacri partem faciebant.**) Fortasse hoc *ἐξηγεῖσθαι* Eumolpidarum, Eteobutadarum, aliusve familiae fuit, quae sacerdotia obiret, Praeconibus sacris, ut ex h. l. patet, non licuit.

§. 121. *Τίθησι τὴν ἱκετηρίαν, ὡς ἐμὲ μὲν ἀποκτενῶν ἄκριτον, ἢ ἐξελῶν, αὐτὸς δὲ πείσων Λέαγρον χρήμασι, συνοικήσων τῇ Ἐπιλύκου θυγατρί.* Non tantum *πείσας* pro *πείσων* cum Scaligero et Reiskio emendat Valckenaerius; sed praeterea legit *ἐξελῶν*, quod est futurum verbi *ἐξελάω* vel *ἐξελαύνω*. In M. Ald. pro *συνοικήσων* scriptum inveni *συνοικήσειν*, quod tamen Virorum Doctorum, quos dixi, emendatione deterius censeo. [Probat BEKKERUS].

Ibid. *Τότε δὴ προσιὼν Λυσίστρατον, ἡγεμόνα, ἐπιχάρῃ, ὁρῶν φίλους ὄντας ἐμοὶ χρωμένους* caet. Nomina propria haec esse, non tantum viderat Valckenaerius, sed et exemplis ea confirmarat. Verba ejus haec sunt.
155 „Siccine unum Lysistratum nominasset Andocides? Quomodo igitur *φίλους ὄντας*: quid ille Lysistratus *ἡγεμών*; quid hic *ἐπεχάρῃ*? Duo hic latent nomina; corrigo *προσιὼν Λυσίστρατον, Ἡγήμονα, Ἐπιχάρην, ὁρῶν*

---

*) BEKK. vulg. retinuit. De accusativis absol. vide BAEHR. ad Plut. Alc. p. 216. SCHOEMANN. ad Isaeum p. 331. et praecipue HERMANNUM de Ellipsi et Pleon. p. 177. (Opusc. T. I. p. 263.) —

**) Vide SCHOEM. ad Isaeum p. 398. C. F. HERMANNI Handb. §. 104. 4. F. V. FRITZSCH. in Commentat. de Daetal. p. 42. et C. O. MUELLER. ad Eumenid. p. 162. seqq. Initio sequentis §., ubi Cod. Z haud dubie e correctione cujuspiam grammatici partic ἂν omittit, scripsit HERM. de particula ἂν Opusc. T. IV. p. 44.: βούλεσθε πυθέσθαι p. βούλεσθε ἄν.

„ *φίλους ὄντας ἐμοί τε χρωμένους.* In *ἐπεχάρη* forte la-
„ tet aliud nomen: supra pessimus nebulo accusator
„ Andocidis dicitur *Ἐπιχάρης.* HARP. in v. et ibi VA-
„ LES. — An *Ἐτεοχάρην*? — In [DEMOST.] c. Theocr.
„ p. 1343. R. §. 66. (alibi idem notat) est *Ἐπιχάρης*
„ *ὁ πάππος ὁ ἐμὸς Ὀλυμπιάσι νικήσας στάδιον.* — No-
„ men proprium *Ἡγήμων* alibi etiam occurrit. Vid.
„ HARP. in v. DEMOSTH. pro Corona p. 320. R. §.
„ 285. c. Aristogit. p. 784. R. §. 47. (in argumento
„ p. 763. R. legitur *ἡγέμονα,* non ut nomen proprium,
„ de eadem tamen re.) Vid. et DEMOSTHENES pro
„ Corona p. 253. R. §. 84. LYS. in Diogit. §. 12. ISAE.
„ p. 57. v. 12. ubi est *Ἡγεμόνα.*" *) In M. Ald. co-
pula etiam additur *ὁρῶν φίλους ὄντας ἐμοὶ καὶ χρωμέ-
νους.* **)

§. 123. *Εἰ δ' ἐγὼ αὐτὸν ἀποφθέγξομαι.* VALCKEN. dudum ante Reiskium emendasse *ἀποφεύξομαι,* apparet e nota ejus ad HEROD. L. VI. p. 475. v. 61. A. [Prob. Bekk. Codd. ABLZ hab. *ἀποφεύξαιμι*].

§. 124. Ad hanc narrationem de facinore Calliae 156
et duabus ejus uxoribus, altera matre, filia altera, simile A. Aurii Melini scelus notat Vir Doct. in M. Ald. (quod narrat CIC. *pro Cluent.* c. 5.) perperam tamen illud in Oppianicum conferens.

§. 125. *Ἀπαγχομένη μεταξὺ κατεκλίθη.* Inepte dictum, vel scriptum potius a librario: *dum collo laqueum nectebat, in lecto composita est.* Hoc igitur quum viderem, in eam cogitationem incidi, *κατεκλίθη* corruptum esse ex *κατεκωλύθη.* Sed cum sequens *ἀνεβίω* indicet, eam jam revera laqueum expertam et animi deliquium esse passam, magis probo Valckenaerii conjecturam: *ἀπαγχομένη μεταξὺ κατεκυλίσθη,* eodem fere modo, uti Iscariotes *ἀπαγξάμενος* (MATTH. XXVII.

---

*) Sed formam Ἡγήμονα veram esse, non Ἡγέμονα docet SCHOEM. l. l. p. 328. Et sic BEKK. nostro loco. Cod. A praebet ἐπιχάρην, B ἐπιχάρην.

**) Et sic BEKK. c. ABLZ. Illud φίλους ὄντας, ut glossam ejicere vult CORAJUS ad Isocr. II. p. 152. Sed fero apud Andocidem verbosum. Caeterum pro librorum lectione οὕτως BEKK. scripsit οὐδ' ὡς. Sed malo c. REISKIO (T. VIII. p. 460.) et DOBREO (in Advers. T. I. p. 184.) οὐδ' οὕτως. Vide ELMS. ad Med. v. 375.

5.) *πρηνὴς ἐγένετο*, narrante Petro Apostolo apud LUCAM *Act. Apost.* I. 18. *)

Ibid. *Ἔξαρνος ἦν μὲν εἶναι ἐξ αὐτοῦ τὸ παιδίον.* Verissimae Reiskii emendationi *μὴ εἶναι*, et Valckenaerii et M. Ald. auctoritas accedit. **)

---

*) WYTTENB. l. l. p. 101. etsi probabilem putat vulg. lectionem h. e. *laqueo se strangulare conata, in medio jacebat*; praefert tamen VALCKENAERII rationem: id quod A. G. BECKER quoque fecit. Dobreus Advers. T. I. p. 185. *κατελήφθη inventa deprensa est.* BEKK. retinuit *κατεκλίθη*.

**) Et sic ABLZ. Praeterea OSANNUS l. l. p. 703. haec habet: „Demosth. in Midiam p. 570. *ἔξαρνος ἦν μὴ τεθεικέναι* [adde Lys. p. Polyst. §. 19.] Alienum pariter locum particula *μὲν* occupavit in Pollucis IV, 80. verbis perobscuris: *δύο αὐλοὶ ἦσαν συμφωνίαν μὲν ἀπηλοῦντες.* Lege enim *μίαν* pro otioso *μὲν*. Contra saepe negationes vel obscuratae vel etiam perperam expulsae. Philostr. Heroic. p. 685. OLEAR. (p. 76. BOISS.) *ὁ δὲ ἐπιστὰς — ὃν οὔπω εἶδον* probabiliter reponas *οὐ* pro *σὺ*, quo facile carebimus. Clemens Alex. libro *quis dives salvetur* inscripto p. 957. ed POTT. *Ἂν τις τό τι ἐπιῤῥέοντος τοῦ πλούτου καὶ χαλεποὶ εἰς ζωὴν διαφύγοι, καὶ δύναιτο τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν ἐπαυρέσθαι, εἴη δὲ τετυχηκὼς, ἢ δι' ἄγνοιαν ἢ περίστασιν ἀκούσιον μετὰ τὴν σφραγῖδα καὶ τὴν λύτρωσιν περιπετὴς τοῖς ἁμαρτήμασιν ἢ παραπτώμασιν, ὡς ὑπενηνέχθη τέλεον· οὗτος κατεψήφισται παντάπασιν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ.* Post *οὗτος* negat. *οὐ* addendam esse sensus postulat, qui etiam magis verbis sequentt. perspicitur: eum enim dicit Clemens, postquam variis rerum terrestrium affectionibus tentatus, tandem poenitens in vitam sive veram vitam se converterit, *non prorsus a Deo damnari, sed libenter in communionem bonorum recipi.*" — Occasione data tractabo ego Isaei locum de Pyrrhi hereditate §. 61. *Ἵνα οὖν μὴ παρὰ τοῦ ἐντυχόντος τῶν κλήρων αἱ λήξεις τοῖς ἀμφισβητεῖν βουλομένοις γίγνωνται καὶ μὴ ὡς ἐρήμων τῶν κλήρων ἐπιδικάζεσθαι τινες τολμῶσι τούτου ἕνεκα τὰς ἐπιδικασίας οἱ εἰσποίητοι πάντες ποιοῦνται*: quo loco SCHOEMANNUS illud *μὴ* ante *παρὰ* cancellis circumsepsit. *Quid enim*, inquit, *eamne ob caussam ἐπιδικασίαι instituendae erant, ut alii quicunque a petenda hereditate prohiberentur? Immo provocabantur potius omnes a praecone, si quis contendere vellet cum eo, qui primus hereditatem petivisset.* — At qualis, quaero, tum sensus exoritur ex his verbis *ἵνα οὖν παρὰ τοῦ ἐντυχ. — τούτου ἕνεκα κτέ?* — Profecto ineptus! At nihil est caussae cur exulet *μή*. Neque enim repugnat mori illi, quem affert SCHOEM. Namque orator dicere vult: *Ne concursus eorum, qui facile excitari possint praeconis provocatione, nimis magnus fiat, necessitas postulat praecipue* *οἱ κατὰ γένος προσήκοντες* *et, si qui sint,* *εἰσποίητοι* *petant heredi-*

Ibid. *Λαβόντες δὲ οἱ προσήκοντες τῇ γυναικὶ τὸ παιδίον, ἦγον ἐπὶ τὸν βωμὸν Ἀπατουρίοις* caet. Vitiose Aldina *οἷον*, cujus loco Stephanus substituit *ἦγον*. Non deteriorem tamen puto lectionem, quam Vir Doct. in margine notavit, *ἧκον*. [et sic BEKK. c. ABLZ]. Mox §. 126. conjecturam Reiskianam legentis *μὴ εἶναι οἱ υἱὸν ἄλλον* [et sic BEKK.], item M. Ald. confirmat. §. 127. *Καλλιάδης* [BEKK. *Καλλίδης*] et *ὄντως* [Bekk. 157
ὄντα c. A. vulg. *οὕτως*], prouti Reiskius, emendaverat etiam Valckenaerius. [cf. PLATNERI Symb. p. 124. et C. F. HERM. Handb. §. 100.]

§. 131. *Οἰόμενος γὰρ Ἱππόνικος υἱὸν αὐτῷ τρέφειν, ἀλιτήριον αὐτῷ ἔτρεφεν· ὃς ἀνατέτροφεν ἐκείνου τὸν πλοῦτον, τὴν σωφροσύνην, τὸν ἄλλον βίον ἅπαντα.* Tacent hic, quod miror, et Reiskius et Valckenaerius, cum tamen apertissimum sit hujus loci vitium; nam quid, quaeso, est *ἀνατρέφειν τὸν πλοῦτον*, caet.? Nihil certius est corruptela, remedio nihil facilius: si, una litera mutata, scribamus *ἀνατέτροπεν*, salvus est locus. Ita modo §. 130. *ὃς αὐτοῦ τὴν τράπεζαν ἀνατρέπει.* DEMOST. *in Aristog.* I. p. 778. R. §. 29. *τὰ κοινὰ δίκαια ἀνατρέψειν οἴει;* §. 32. *τίς δ᾽ ἂν ἄλλος μᾶλλον, ὃ μὴ γένοιτο, πᾶσαν ἀνατρέψειε τὴν πόλιν;* EURIP. *Iphig. Aul.* v. 24.

Τότε μὲν τὰ θεῶν οὐκ ὀρθωθὲν —
Τ᾽ ἀνέτρεψε βίον.

Eandem emendationem antea se fecisse, indicavit mihi praeceptor optimus Luzacius. *)

§. 132. *Οὐκ ἀσεβεῖν ἐδόκουν αὐτοῖς, μυῶν μὲν ἀδελφὸν, ἔτι δὲ ἄλλους ξένους ἐμαυτοῦ.* Pronomen *αὐτοῖς* delendum esse, minime Reiskio assentior, qui nec ipse ejusmodi Pleonasmorum usum ignorare potuit: *αὐτοῖς* sanum est, sequentia non item. Nam quomodo Andocides initiare potuit fratrem? quem sibi non esse dicit 158
§. 148. fin. Quomodo, si fratrem habuerit, mox addere potest se initiasse *praeterea* (*ἔτι δὲ*) *ἄλλους ξένους*

---

tatem. Alioquin res diuturna fit et ὁ κλῆρος facile ἔρημος fieri potest, ita ut judices ipsi nesciant cuinam tandem tribuant hereditatem. —

*) BEKK. jure retinuit *ἀνατέτροφεν* cf. BUTTM. Gram. ampl. T. I. p. 423. n. 2. et DOBR. in Advers. T. I. p. 185.

ἑαυτοῦ? quasi frater Andocidis peregrinus, aut hospitali jure illi conjunctus fuerit. Nomen hospitis cujusdam credo excidisse, qui Delphis habitaret. *Μυῶν μὲν * τὸν Δελφὸν*, vel, quod magis placebat Luzacio, *μυῶν μὲν τὸν ἐκ Δελφῶν* — „*Sacrorum initia praebens tum hos-*
„ *piti meo Delphis advenae, tum aliis, quibuscum mihi*
„ *hospitalia erant jura.*" [BEKK. *μυῶν μὲν 'Α.... Δελφόν.*]

§. 133. *'Αργύριος γὰρ οὑτοσὶ ὁ καλὸς κἀγαθὸς ἄρχων, εἷς ἐγένετο τῆς πεντηκοστῆς.* Elegantissimam et verissimam emendationem *ἀρχώνης ἐγένετο τῆς πεντηκοστῆς* jam ante Reiskium prodidit VALCKEN. *Diatr. Eurip.* p. 293. c. In Adversariis haec notaverat: „Meur-
„ sius pessimum nebulonem Agyrrhium ex hoc uno lo-
„ co inter incerti temporis Archontas retulit, p. 190.
„ Sed quid, obsecro, *εἷς τῆς πεντηκοστῆς κ. τ. λ.* Cor-
„ rigo verissime: *'Αγύῤῥιος γὰρ οὑτοσὶ, ὁ καλὸς κἀγα-*
„ *θὸς, ἀρχώνης ἐγένετο τῆς Πεντηκοστῆς.* ETYMOL.
„ p. 151. v. 19. *'Αρχώνης, ὁ Ἄρχων ὠνῆς ἡστινοστοῦν.*
„ [et sic Grammat. apud BEKK. in Anecdott. T. I. p.
„ 202.] Vid. ALBERTI *ad Hesych.* post *Gloss. N.*
„ *T.* p. 302. Forte non alibi legitur. [C. FR. HERM.
„ Handb. §. 126. n. 12.] *'Η πεντηκοστὴ* est Quinqua-
159 „ gesima mercium in Piraeeum invectarum, auctore HAR-
„ POCRATIONE. Vid. ibi VALES. p. 155. Exactores
„ erant *οἱ πεντηκοστολόγοι, de Opziqters, en Collecteurs.*
„ *'Αρχώνης, de Pagter zelve, die de pagt heeft,* [vel,
„ quemadmodum Luzacio videtur, *de eerste Pagter, de*
„ *geen die 't hoofd van de Societeit der Verpagting is.*]
„ MEURS. in *Att. Lect.* L. V. c. 28. de hoc agit ve-
„ ctigali, ubi et hunc, vitiosum tamen, adfert Andoci-
„ dis locum. Vid. et L. IV. c. 33. p. 245. et L. VI.
„ c. 4. p. 320." — „Caeterum (Luzacii verba refero)
„ celeberrimum est apud Oratores Atticos hoc Quinqua-
„ gesimae vectigal, in quo redimendo ac percipiendo
„ spectabantur *οἱ πριάμενοι* vel *οἱ ὠνούμενοι*, socii re-
„ demtores, quorum caput et princeps, omnium causam
„ suo agens nomine, erat *ὁ 'Αρχώνης*; tum fidejussores
„ et praedes, *οἱ ἐγγυώμενοι*, vel *οἱ ἐγγυησάμενοι* (et hi
„ probabiliter *τοῦ 'Αρχώνου* socii,) tum denique *οἱ ἐκλέ-*
„ *γοντες*, publicani, qui vectigal a mercatoribus et nau-
„ tis exigebant. Confer DEMOSTH. c. Timocrat. 713.
„ R. §. 40. et p. 745. R. §. 144. ULPIAN. *ad De-*
„ *mosth.* p. 465. §. 194. LYCURG. p. 150. v. 17."
PALMER., qui h. l. tetigit, fortasse nunquam magis cae-

cutiit. [Secuti sunt BOECKH. in Oec. Ath. T. I. p. 338. n. 70. et BEKK.]

Ibid. *Παρασυλλεγέντες ὑπὸ τὴν λευκὴν τό, πό-* 160
σους ὑμεῖς ἴστε οἷοι εἰσίν. Mira est in depravatissimo loco emendando Valckenaerii cum Reiskio consensio; neque hujus tantum, sed etiam Viri Docti, cujus in margine Aldinae adnotationes saepius laudavimus; certissimo indicio, vera vidisse omnes. Valckenaerii verba iterum lubet describere. „Audacissima mutatio legitur in mar„gine (Ed. Steph.) corrigo: *ὑπὸ τὴν λευκὴν, οὓς ὑμεῖς* „*ἴστε οἷοι εἰσίν.* Ad *τὴν λευκὴν* adscriptum puto *τό-*„*πος·* locus sic dictus: suspicor, arborem populum „fuisse, quae spectari poterat ab Andocide, pro senatu „verba faciente: monstrat enim illos quasi digito: *αὐ-*„*τοὶ οὗτοι πάντες.* MEURS. *Att. Lect.* L. II. c. 33. „de populo nigra et alba, locis Athenis, de *λεύκη* ex „hoc tantum loco, cujus omisit mendosa.“ In eandem sententiam Vir Doct. in M. Ald. *οὓς ὑμεῖς*) *aliquis declarandi causa addidit τόπος.* [Sequitur BEKK.]

§. 134. *Κερδάναντες δὲ δύο τάλαντα, γνῶναι τὸ πρᾶγμα, οἷον εἴη, ὡς πολλοῦ ἄξιον, συνέστησαν πάντες.* Reisk. dubitat an *ἓξ τάλαντα* legendum sit e verbis seqq., quod a verisimilitudine non abhorret: in M. Ald. [et ABLZ] *τρία* legitur. Pro *γνῶναι τὸ πρᾶγμα* Valcken. verissime conjecit *γνόντες τε τὸ πρᾶγμα, οἷον εἴη.* [Et sic BEKK. c. AB]. Quae sequuntur verba, *ὡς πολλοῦ ἄξιον,* glossema existimo, quo *οἷον εἴη* explicare quis vo- 161
luerit. Reiskii conjecturam, legentis *ἀπελάσας δὲ τούτους,* M. Ald. comprobat. *)

§. 136. *Ταῦτα — τούτοις ποιητέα ἦν, ὑμῖν δέ γε ἐναντίον τούτων.* Quum emendassem *ὑμῖν δέ γε τὸ ἐναντίον τούτων,* quod sententia prorsus requirit, postea Valckenaerii consensu conjecturam meam munitam vidi. **)

§. 138. Pro *οὐκ ἐξῆν* M. Ald. habet *ὅτ' ἐξῆν,*

---

*) Et sic BEKK. quoque c. ABLPZ. Merito improbat FR. JACOBS. ad Achill. Tat. p. 643. SLUITERI opinionem. Sed quod ipse conjecit: *καὶ πόσου ἄξιον,* id quoque non necessarium puto; cf. ad §. 121.

**) BEKK.: *ὑμῖν δὲ τὸ ἐναντίον τούτων.* Codd. PZ. *γε ἐναντία* quod haud spernendum putat Osannus l. l. p. 704. Idem vir supra §. 134. scribendum suasit c. Codd. PZ *βραχέα μὲν,* quo rotundior fieret sententiarum nexus. Idem voluit BOECKH. l. l.

cujus eadem vis est atque *οὐ ἐξῆν*, prout antea legendum esse putavi. Attamen si ita legamus, uti Steph. voluit, non erit, quod mutationem desideremus. *Nonne licebat iis efficere, ut ne corpus quidem humaretur?* [Et sic BEKK. Codd. ALZ: *οὐ πεζῆν*.]

Ibid. *Αἰκίαις ταῖς μεγίσταις περιέπεσον, καὶ τὰ σφέτερα αὐτῶν σώματα αἰκισθέντα ἀπέθανον.* Non video quid Reisk. moverit, ut repudiaret verissimam Stephani emendationem, et Graecae consuetudini congruam *αἰκισθέντες*. Aliud vero, me judice, remansit mendum in *αἰκίαις*: sic enim bis idem eodem verbo dicit Orator. Quare illius loco scribi malim *ἀτυχίαις*. *)

§. 140. „Athenienses ait Andocides (Luzacii ad
„ me scribentis verba sunt) jam omnibus Graecis sa-
„ pientissimos videri et optimos, qui, post discordias ci-
„ viles, nulla vindicta usi, sed unam civium salutem co-
162 „ gitantes, nihil optaverint, nisi animorum concordiam:
„ alias quidem civitates haud minoribus malis bellisque
„ intestinis quondam vexatas quam Athenas; sed tran-
„ quillitatem reducere, iratos animos ad concordiam re-
„ digere, rempublicam pacare, iterumque constituere, id
„ demum videri virorum opus esse bonorum et sapien-
„ tium. Hoc sensu ego *ἄλλοις πολλοῖς* mutaverim in
„ *ἄλλαις πόλεσιν*. — *Συμφοραὶ μὲν γὰρ ἤδη καὶ ἄλλαις*
„ *πόλεσιν ἐγένοντο, οὐκ ἐλάττους, ἢ καὶ ἡμῖν*, nempe
„ *τοῖς Ἀθηναίοις*. — Discordiae civiles totius erant Rei-
„ publicae, non unius civis. Ergo *ἄλλοις πολλοῖς* hic
„ locum habere non potest, cum sequatur: *τὸ δὲ τὰς*
„ *γενομένας διαφορὰς πρὸς ἀλλήλους θέσθαι καλῶς, τοῦτ'*
„ *εἰκότως δὴ δοκεῖ ἀνδρῶν ἀγαθῶν καὶ σωφρόνων ἔργον*
„ *εἶναι*.“ Pro *ἤδη* enim ex nostra conjectura *δὴ* scribendum existimavit Vir Clar. **)

---

*) „*Σφέτερα αὐτῶν* sensus non requirere videtur“ WYTTENB. l. l. p. 89. — Sed summa cum vi dictum est, ita ut exulet neque h. l., neque apud Lysiam c. Agorat. §. 45., ut FRANZ. voluit, in his verbis: *οἱ μὲν γονέας σφετέρους αὐτῶν πρεσβύτας καταλιπόντες, οἱ ἤλπιζον ὑπὸ τῶν σφετέρων αὐτῶν παίδων γηροτροφηθέντες* necesse sit. Locum de pace §. 36: *τὰ γὰρ ἴδια τὰ σφέτερ' αὐτῶν* c. VALCKEN. bene tuentur A. G. BECKER et DOBR. in Advers. T. I. p. 189. — BEKK. c. Sluit. *αἰκισθέντες*. Cod. A *αἰκισθέν* cum *τ* superscripto; BEKK. jure quoque retinuit *αἰκίαις*. Firmatur tali usu „*ἔσπειρεν ἡμῖν παῖδα καὶ σπείρας*“ notissimo. —

**) „At locus est planus et sanus nec medicum desiderat; minime eum qui *πολλοῖς* auferat, partem sententiae necessariam.

§. 144. *Ἔτι εἰδότα μὲν, οἷον ἐστι πόλεως τοιαύτης πολίτην εἶναι, εἰδότα δὲ οἷόν ἐστι ξένον εἶναι καὶ μέτοικον ἐν τῇ τῶν πλησίον.* Non unam quandam urbem designare voluit Orator, et praeterea in *τῶν πλησίον* intelligitur *πόλεων,* non *ἀνθρώπων.* Quapropter legendum existimo *ἐν τῳ τῶν πλησίον, in aliqua ex vicinis urbibus.* Bene se de Andocide mereri putavit librarius, qui *τῳ* in *τῇ* mutaverit. Sed *του* et *τῳ* cum pro *τινὸς* 163
et *τινὶ* dicuntur, etiam foeminini generis nominibus junguntur. HOM. *Il.* N. v. 252. *Ἠέ τευ ἀγγελίης μετ' ἐμ' ἤλυθες.* EURIP. *Hecuba* v. 370. *οὔτε του δόξης ὁρῶ Θάρσος παρ' ἡμῖν.* *Androm.* v. 568. *οὔτε τῳ δίκῃ Κρίναντες.* *Iphig. Taur.* v. 1064. *καλόν τι γλῶσσ' ὅτῳ πίστις παρῇ.* Vid. et v. 1071. *in Jone* v. 325.

Ἀδίκημά του γυναικὸς ἐγενόμην ἴσως.

[BEKK. retinuit *ἐν τῇ τῶν πλησίον· τοῦ* praebet Z et L habet *πλησίων* sed superscripto o.]

§. 145. *Ἐπιστάμενον δ' οἷον τὸ ἁμαρτόντα πρᾶξαι κακῶς, πολλοῖς συγγενόμενον, καὶ πλείστων πειραθείς.* Iterum sine ratione verisimilem Stephani conjecturam *πειραθέντα* Reiskius repudiat. Scribendum videtur: *πολλοῖς δὲ συγγενόμενον, καὶ πλείστων πειραθέντα.* [BEKK. *πειραθεὶς — συγγενόμενος* c. AB]. Mox §. 146. *τοτ' ἦν*: §. 147. *ἀπέδειξαν* habet M. Ald. prout conjecit Reiskius. [Utrumque confirmant Codd. ABLZ.]

§. 147. *Καὶ χρήματα *διαχειρίσαντες τὰ ὑμέτερα,*

Neque enim tantum aliis, sed aliis *multis* calamitates acciderunt: idque nexus et vis argumentationis postulat. Et h. l. in *ἄλλοις πολλοῖς* ex antecedentt. nominibus *πόλεως* et *πολιτῶν* commode subaudiri potest *πόλεσιν* vel *πολίταις*: quae ratio frequens est et supra animadversa. Sententiam simpliciter ac fideliter ita reddamus: *Atque hoc etiam operae pretium est cogitare, judices, vos nunc omnibus Graecis videri fortissimos prudentissimosque viros exstitisse; quod non ad vindictam factorum, sed ad salutem civitatis civiumque concordiam tuendam vos dedistis. Nam calamitates jam aliis multis acciderunt, non pauciores quam vobis: at dissensiones ortas invicem pulere composuisse, hoc demum virorum fortium et moderatorum opus merito esse videtur.* Quis non videat in *aliis multis*, satis diserte dici civitates et cives." — WYTTENB. l. l. p. 116. — De *θέσθαι καλῶς* vide quos FRANZ. ad Lysiam p. 290. affert.

οὐδὲν ἂν πώποτε ὤφλον. Insolentius dictum videtur. Forte scribendum οὐδὲν vel οὐδ' ἂν πώποτε ὤφλον. *)

Ibid. Οἰκία δὲ πασῶν ἀρχαιοτάτη καὶ κοινοτάτη ἀεὶ τῶν δεομένων. Valckenaerius germanam scripturam hanc esse suspicabatur: οἰκία δὲ πασῶν ἀρχικωτάτη καὶ κοινωνικωτάτη ἀεὶ τῶν δεομένων. [Bene sese habet vulg. BEKK. c. AB. τῷ δεομένῳ].

§. 149. Solitas hic recenset reorum artes, quibus
164 misericordiam populi concitabant; parentum, aut liberorum, aut aliorum etiam cognatorum precibus et lacrymis eripere se e periculis studentes. His igitur omnibus orbatus Andocides solam populi fidem implorat: ὑμεῖς τοίνυν καὶ ἀντὶ πατρὸς ἐμοὶ, καὶ ἀντὶ ἀδελφῶν, καὶ ἀντὶ παίδων γένεσθε. caet. Digna profecto Tragoedis verba: simillima sunt illa EURIP. in *Heraclidis* v. 230.

Γενοῦ δὲ τοῖςδε συγγενὴς, γενοῦ φίλος,
Πατὴρ, ἀδελφὸς, δεσπότης.

Idemque in *Hecuba* v. 280.

Ἥδ' ἀντὶ πολλῶν ἐστί μοι παραψυχὴ,
Πόλις, τιθήνη, βάκτρον, ἡγεμὼν ὁδοῦ.

Plura sunt ejusmodi et apud Tragicos, et apud Oratores, quae omnia de communi fonte, HOMERO, fluxisse videntur, qui in divina illa Il. Z. Andromachen Hectori dicentem inducit, v. 429.

Ἕκτορ, ἀτὰρ σύ μοι ἐσσὶ πατὴρ καὶ πότνια μήτηρ,
Ἠδὲ κασίγνητος, σὺ δέ μοι θαλερὸς παρακοίτης.

Haec et alia se indigna quum facere nollet Socrates, capitis est damnatus. Romae Rutilius ob eandem causam in exilium expulsus. Reprehendunt has lamentationes Socrates apud PLAT. in *Apologia* p. 38. E. P. Rutilius
165 Rufus et M. Cato apud CICER. *de Orat.* L. I. c. 53. ridet suo more ARISTOPH. in *Vespis* v. 550. seqq. et v. 969. seqq. **)

---

*) BEKK. male ἂν in vincla conjecit. Vide HERMANN. de part. ἂν Opusc. T. IV. p. 25.

**) ἀλλὰ ante τοὺς ἀδελφοὺς recepit BEKK. c. AB. WAKEFIELD. ad Soph. Trach. 1148. ἀλλὰ ante παῖδας ejicere vult,

§. 149. fin. *Οὐδ' ἂν ὑστέρῳ χρόνῳ μεταμελήσῃ, οὐδὲν ἔτι πλέον ποιήσετε.* VALCKEN. *Diatr. Eurip.* p. 150. B. existimat Andocidem scripsisse *οὐδέ γέ τι πλέον ποιήσετε*: quae mutatio non necessaria videtur. Melius in M. Ald. *ὑμῖν* insertum est inter *χρόνῳ* et *μεταμελήσῃ*. [et sic ABLZ. Cod. Z. *μεταλήσῃ*.]

§. 150. *Οἱ ἠρημένοι μοι συνδικεῖν*: ante Reiskium emendaverat Valckenaerius [et prob. BEKK.].

CAPUT OCTAVUM. 168

Orationem contra Andocidem *falso* LYSIAE *tribui, pluribus ostenditur. Eadem saepius emendatur.* Τὸ Ἐλευσίνιον *templum,* Ἔλευσις *urbs.* Οὐκ οὐδέν. Ἀνατί. Γνώμην ἀποφαίνεσθαι: *emendatur* ISOCRATES: *σῶμα καὶ γνώμη junguntur.* Ἐπαλᾶσθαι et πλεῖν τὴν θάλατταν. Φάσις: *emendatur* SUIDAS. Ἀλλά. Ἀγαπᾷν *cum Participio,* contentum esse. Ἀπαθής. Εἰςφορά. Ἐπαίρεσθαι.

Orationem Andocideam *de Mysteriis* postquam percensuimus, haud abs re erit de LYSIAE Oratione *contra Andocidem*, quae contraria illi vulgo habetur, nonnulla subjicere, ut, quae ad illam causam pertineant, omnia uno quasi in conspectu ponamus. Priusquam vero ad criticas animadversiones progrediamur, de auctore hujus Orationis propius est videndum; quam Orationem simul ac legi, suspicatus sum non a Lysia esse scriptam; relectam saepius illo prorsus indignam judicavi. Nam,

---

quod merito improbavit OSANNUS l. l. p. 704. ad vulg. tuendam afferens Demosth. de corona §. 24. *τί γὰρ καὶ βουλόμενοι μετεπέμπεσθ' ἂν αὐτοὺς ἐν τούτῳ τῷ καιρῷ; ἐπὶ τὴν εἰρήνην; ἀλλ' ὑπῆρχεν ἅπασιν· ἀλλ' ἐπὶ τὸν πόλεμον; ἀλλ' αὐτοὶ περὶ εἰρήνης ἐβουλεύεσθε.* Vide Sluit. p. 188. Addo: Lysiae orat. funebr. §. 74. c. Theomnest. I. §. 23. coll. c. Theomnest. II. §. 8. in Nicomachum §. 26. et Andocid. de pace §. 15. —

167 sive in Lysiae intueamur ingenium, sive hanc Orationem cum contraria Andocidis comparemus, in eam incidamus cogitationem necesse est, non illam a Lysia fuisse conscriptam, neque in fori lucem productam, sed in scholae umbraculis ad formam Orationis forensis confectam, foetumque Oratori temere suppositum. Est enim Lysias constanti veterum judicio habitus subtilis, acutus, tenuis, elegans, facetus, brevis, qui nihil habeat insolens neque ineptum, sordibus immunis, veritatis studiosus: in narratione praesertim concisus, neque rem verborum ampullis exornans; sed id, quod proposuerit, sensim efficiens et quasi furtim: *habet* denique, ut ait QUINCT. (*Inst. Or.* L. IX. c. 4.) *maximam gratiam simplicis atque inaffectati coloris.* [cf. WESTERM. Geschichte der gr. Beredtsamkeit p. 74.]

Harum vero virtutum quamnam in hac Oratione inesse dicamus? Subtilitatemne aut tenuitatem? At nusquam apparent. An simplicem Lysiae narrationem veritatisque studium? Sed haec quoque frustra quaeras. Fictus hic Orator semper rem auget, declamat, nihil probat: in causa tam gravi neque Legem adfert, neque testem producit, contra morem Lysiae, qui, licet de rebus agat in vulgus notis, numquam tamen sine testimonii dictione rem peragit. Neque dicat quis non integram nobis Orationem superesse, sed tantummodo fragmentum:
168 nihil enim praeter exordium deësse videtur; cum narratio, quamvis alieno loco, brevissima, nullisque argumentis confirmata, exstet tamen et post multam declamationem sequatur § 21. seqq. Adeo autem hic perturbata sunt omnia, ut subinde nexus nullus neque cogitationum, neque orationis, appareat. Auctor hujus declamationis omnia permiscet, ordinis nullam habet rationem: largus est verbis locisque communibus, sententiarum et argumentorum parcus, ut sophistae ornatum facile detegas. Sophistarum quippe est, dum veram causam negligunt, in locos communes evagari, qualis hic praesertim est locus *de ira Numinis et vindicta divina, quae lento, sed certo gradu impios consequatur*: is igitur locus a Pseudo-Lysia ad satietatem usque inculcatur. Neque enim subsistit in ῥήσει ista longiori §. 20. *οὔτε γὰρ ὁ θεὸς παραχρῆμα κολάζει·* caet. quam tamen, quicunque Andocideam *de Mysteriis* legerit, facile videat ad verba Andocidis esse effictam, non autem scriptam ab Andocide defensionem, ut Lysiacae disputationi *de sera Numinis vindicta* responderet: longum igitur istum pannum Philosophum seu Ethicum consuisse declamatori non suffi-

cit, sed in ira illa divina saepius recoquenda genio in-
dulget: *Ὁ θεὸς γὰρ λήθην ἔδωκεν· — Ἔφευγε μὲν τοὺς
ἐνθάδε θεούς· — Ἃ τούτῳ ὁ θεὸς οὐκ ἐπὶ σωτηρίᾳ ἐπι-* 169
*νοεῖν δίδωσιν, ἀλλὰ τιμωρούμενος τῶν γεγενημένων ἀσε-
βημάτων· — Μὴ γὰρ οἴεσθε, ὦ ἄνδρες δικασταί, εἰ ὑμεῖς
βούλεσθε τὰ τούτῳ πεποιημένα ἐπιλαθέσθαι, καὶ τοὺς
θεοὺς ἐπιλήσεσθαι· — Ὁ δὲ θεὸς ὑπῆγεν αὐτόν· — Πῶς
οὐ θεῶν τις τὴν τούτου γνώμην διέφθειρεν;* — passim
haec per totam Orationem sparsa sunt. Nihil vero rhe-
torem magis sapit et declamatorem, quam injecta Diago-
rae Melii mentio §. 17., ubi Andocides dicitur *Διαγόρου
τοῦ Μηλίου ἀσεβέστερος*, hyperbolice adeo et per *αὔξη-
σιν* sophisticam, ut, quod ei simile sit, in Lysiae Ora-
tionibus non reperiatur.

Deinde quum Andocides in Oratione, quam huic
dicunt contrariam, praesertim id agat, ut ostendat Isoti-
midis Psephisma ad se non pertinere, et abrogatum esse
per Psephismata Patroclidis et Tisameni, Legemque
ἀμνηστείας: tum vero se quoque contineri pactis post
reditum populi initis, et jurejurando illis temporibus prae-
stito, facile intelligitur, id fuisse caput accusationis, An-
docidem psephismate Isotimidis arceri a templis, neque
ad ipsum Decreta illa Patroclidis et Tisameni pertinere.
Hic vero neque Psephismatis neque Legum illarum ulla
mentio: pacta et jusjurandum leviter tanguntur, nec sub-
tiliter de iis disputatur, ut solet Lysias, sed clamat ho-
mo et perorat.

Porro quis credat Oratorem tota antiquitate celebra- 170
tissimum saepius per ignorantiam in errores esse lapsum,
aut sibi ipsum contraria dixisse? quod in hac Oratione
saepius factum esse videmus. Ita v. g. §. 11. dicitur
Andocides accusasse Aristippum, *φάσκων ἀσεβεῖν περὶ
τὸν Ἑρμῆν τὸν αὐτοῦ πατρῷον*; quasi Hermes ille a
majoribus suis esset consecratus, quem constat fuisse do-
narium Tribus Aegeidos: meritoque PALMER. *Exerc.
in A. Gr.* p. 658. miratur, *Lysiam hoc loco non nota-
visse hominis vanitatem, si ea statua non fuit majorum
suorum donarium, ut volunt Aeschines et Plutarchus*,
aliique quos supra citavi. *Forte*, addit, *id ignorabat, et
sequebatur communem errorem.* Tempore autem Lysiae
communis iste error seu vulgaris opinio nondum inva-
luerat, cum Hermes Andocidis ab ipso demum Oratore
famam nomenque in historia acceperit; quoniam, caete-
ris Hermis truncatis, solus ille, qui prope januam An-
docidis erat, integer manserat. Sed postea demum, cum
rationem appellationis haud satis perspicerent vel ignora-

rent homines, πατρῷον Andocidi fuisse crediderunt. Inter eos, qui falsam opinionem sequebantur, Duris fuit, patria Samius, secta Peripateticus, teste HARPOCR. v. Ἀνδοκίδου Ἑρμῆς. Et haec quidem res scriptae Ora-
171 tionis aetatem non obscure indicare videtur, eam nempe, qua, ad exemplum Demetrii Phalérei, pro veris in foro causis, fictas in scholis agere, atque in umbra declamare coeperunt. Sed alios porro Rhetoris errores recenseamus. §. 21. narrat Andocidem, quum esset accusatus de Hermis violatis, litem aestimasse vinculis, cum potuisset pecunia aestimare, et noluisse servum conscium tradere, sed curasse ut necaretur: quae videtur enucleatius tradere PSEUDO-PLUTARCH. in *Vita Andocidis*, ut monui Cap. 3. — §. 46. dicitur Andocides nunquam militasse, qui classi praefuerit cum imperio. §. 52. a sacerdotibus devotus fuisse perhibetur Andocides, de quo dixi C. 4. Haec omnia ita et perturbata sunt et falsa, ut a Lysia proferri in judicio non potuerint. Neque vero errores tantum haec Oratio complectitur, quorum unum vel alterum fortasse Lysiae quis condonare possit, sed adeo sui oblitus est, qui illam conscripsit, ut sibi ipse interdum obloqueretur, prouti §. 23. καὶ ἐμήνυσε δεδεμένος κατὰ τῶν αὐτοῦ συγγενῶν καὶ φίλων, ἀδείας δοθείσης αὐτῷ, εἰ δόξειε τἀληθῆ μηνῦσαι. καὶ τίνα αὐτὸν δοκεῖτε ψυχὴν ἔχειν, ὁπότε τὰ μὲν ἔσχατα καὶ τὰ αἴσχιστα ἐποίει, μηνύων κατὰ τῶν ἑαυτοῦ φίλων, ἡ δὲ σωτηρία ἀφανὴς αὐτῷ; μετὰ δὲ ταῦτα — ἔδοξε τἀληθῆ μηνῦσαι, καὶ ἐλύθη. Nonne igitur illi spes salu-
172 tis erat, cui poenae immunitas erat promissa, si alios indicasset, et qui revera hoc facto poenam effugit? de qua re conferri possunt, quae dixi C. 3. Aliud exemplum addam §. 30. seq. τὸ δὲ τελευταῖον νῦν ἀφικόμενος εἰς τὴν πόλιν, δὶς ἐν τῷ αὐτῷ (ἐνιαυτῷ non male inserit Reisk.)*) ἐνδέδεικται. καὶ τὸ μὲν σῶμα ἀεὶ ἐν δεσμοῖς ἔχει, ἡ δὲ οὐσία αὐτοῦ ἐλάττων ἐκ τῶν κινδύνων γίνεται. καὶ (recte Marklandus καίτοι) ὅταν τις τὸν αὐτοῦ βίον τοῖς ἐχθροῖς καὶ τοῖς συκοφάνταις διανέμει, τοῦτ' ἐστὶ τὸ [βιοῦν] τὸν βίον ἀβίωτον. Contra vero §. 4. §. 9. et §. 33. dicit Andocidem jam pollere in Republica, in senatum venire, alios honorem petentes suo suffragio improbare, et fortasse brevi Archontem fore; §. 48. divitem

---

*) Ego non necessarium puto. Vide F. V. FRITZSCH. in Praef. ad Septem Dialogos p. XI.

esse Andocidem suisque bonis reipublicae egestatem posse sublevare.

Praeterea plures sunt in hac Oratione locutiones, quae sophistam sapiant et a veteri simplicitate et Lysiae more abhorreant: ut §. 19. *ἀφικόμενος εἰς τὰ ἁμαρτήματα*· §. 25. *ἐξ ὅσου Ἀθηναῖοι ἀείμνηστοι εἰσί*: §. 29. *καταπλεύσας εἰς δημοκρατίαν, εἰς τὴν ἑαυτοῦ πόλιν*· cujusmodi locutionum nullum apud Lysiam exemplum inveni. [Cf. ad §. 19.]

Denique cum tres fuerint accusatores Andocidis, Cephisius, Epichares et Melitus, a nullo eorum haec Oratio dicta videtur: non a Cephisio, quoniam dicit Auctor 173
Declamationis §. 42. in fin. *ἴσως οὖν καὶ Κηφισίου ἀντικατηγορήσει, καὶ ἕξει ὅ, τι λέγοι· τὰ γὰρ ἀληθῆ χρὴ λέγειν.* caet. Quapropter inconsiderate fecit, qui et haec de Cephisio dicat, et locum Andocidis §. 137. *κατηγόρησαν δὲ μου καὶ περὶ τῶν ναυκληριῶν καὶ περὶ τῆς ἐμπορίας, ὡς ἄρα οἱ θεοὶ διὰ τοῦτο με ἐκ τῶν κινδύνων σώσαιεν, ἵνα ἐλθὼν δεῦρο (ὡς ἔοικεν) ὑπὸ Κηφισίου ἀπολοίμην*· ita in suam Orationem transtulerit §. 19. *οὐ γὰρ ὡς δεδιὼς τὰ πεποιημένα, ἀλλ' ὡς θαῤῥῶν ναυκληρίᾳ ἐπιθέμενος, τὴν θάλατταν ἔπλει. ὁ δὲ θεὸς ὑπῆγεν αὐτὸν, ἵνα ἀφικόμενος εἰς τὰ ἁμαρτήματα ἐπὶ τῇ ἐμῇ φάσει* (ita lego) *δῴη δίκην*: quasi Oratio a Cephisio habita esset: Andocides enim ad quoddam Cephisii in Accusatione dictum de negotiationibus suis transmarinis manifesto respicit. Igitur Cephisius turpissimos mores ipse suos fassus sit, dixeritque *Κηφισίου ἀντικατηγορήσει.* Neque etiam ab Epichare pronunciata fuit haec Oratio, quum dicat Andocides §. 100. Epicharem impurum scortorum amorem sibi exprobrasse; cui ne simile quidem hic invenimus. Melito pessimo Sycophantae Lysiam stilum venalem praebuisse, eo minus est credendum, quo minus is, qui poëtica facultate se efferret, literarumque profiteretur scientiam et usum, qui in foro et accusationibus versaretur, aliena opera indigebat, ut reos, quibus 174
male cuperet, scripta calumnia disperderet. Phileas hic in censum non venit, a quo accusatum Andocidem narrat SUID. v. *Φιλέας*: *Φιλέας*, inquit, *Ἀνδοκίδην ἱεροσυλίας ἐγράψατο· ὥσπερ οὐκ αὐτὸς ὢν ὁ τῆς θεοῦ τὸ γοργόνειον ἐκ τῆς ἀκροπόλεως ὑφελόμενος.* Haec quippe et longe alia res est, et unius Suidae nititur auctoritate. Nusquam enim Phileae mentionem facit Andocides, nedum ut accusatoris.

Si qui meam his argumentis sententiam minus pro-

haverim, sed aliorum is auctoritatem desideret *), hac quoque minime caremus. Nam et RUHNK. *Hist. Crit. Or. Gr.* p. 50. non germanam hanc Orationem judicavit, et dubitasse etiam Valckenaerium indicavit mihi Vir Clar. Ioan. Luzacius. Neque hi tantum viri eruditissimi, sed Grammatici quoque antiqui spuriam eam censuerunt. Certe HARPOCR., qui tribus locis eam memorat, bis addit *εἰ γνήσιος*: primum v. *Καταπλὴξ* — *Λυσίας ἐν τῷ κατ' Ἀνδοκίδου ἀσεβείας* (§. 50.) *εἰ γνήσιος ὁ λόγος*: deinde v. *φαρμακὸς* — *Λυσίας ἐν τῷ κατ' Ἀνδοκίδου ἀσεβείας* (§. 53.) *εἰ γνήσιος*: at v. *Ῥόπτρον*, (quod exstat initio fragmenti) nullam notam suspicionis addidit. Quis autem Declamationis auctor sit habendus,
175 non est exploratum; neque de hac re certo ausim statuere. Non tamen illam ab aequali Andocidis esse scriptam ipse stilus et scribendi ratio docere videtur, quippe quae multum abhorret ab antiqua illa Atticorum simplicitate et tenuitate; neque naturalem illum habet et Atticum colorem, sed nitorem quemdam fucatum. Quapropter eam potius a rhetore vel sophista posterioris aetatis, quam ab aequali quodam Lysiae profectam esse censeo: forte auctor ab aetate Demetrii Phalérei non longe fuit remotus. Probabile autem est, causam tam celebratam pulcherrimam rhetoribus praebuisse materiem, in qua sibi elaborandum putarent, foetumque suum Lysiae tribuerent, quem scirent Andocidis fuisse aequalem. Atque hinc factum esse existimo, ut plures Lysiae nomine contra Andocidem Orationes olim exstiterint, quarum nullam tamen germanam habuit HARPOCR.: hic enim v. *Πλειστηριάσαντες* laudat Lysiam *ἐν τῷ κατ' Ἀνδοκίδην εἰ γνήσιος*, et v. *Ἐπίγυον* ejusdem Orationem *κατ' Ἀνδοκίδην ἀποστασίου, εἰ γνήσιος*. Ex omnibus autem Oratoribus Atticis nullus fuit, cujus nomine ita abusi sint Rhetores, uti nomine Lysiae. Hujus enim ex 425 Orationibus fere 200 ab antiquis habitae sunt spuriae: vid. PHOT. in *Lysia* (Cod. 261.) et SUID. v. *Λυσίας*. Facilius autem Lysiacam tenuitatem, quam aut numerum
176 Isocratis aut vim dicendi Demostheneam imitari se posse illi confidebant: unde frequens ista ad Lysiae Orationes Grammaticorum nota, *εἰ γνήσιος*.

Quamvis autem Lysiae falso tribui credam hanc Orationem, haud tamen indigna est, in qua emendanda ela-

---

*) Vide quos laudat WESTERMANNUS in libro: Geschichte der griech. Beredtsamkeit p. 279.

boremus. Nam multis etiamnum scatet naevis, quos alii nondum expurgasse videntur. Nonnulla etiam, quae aliorum diligentiam fugerunt, ex Valckenaerianis depromemus. Sic ad ipsum initium Orationis notat Valckenaerius, TAYLORUM, qui in *Lect. Lys.* c. 8. nonnulla collegit de tristissima morte per inediam, omisisse tamen locum, quem Auctor Orationis expressit Thucydideum p. 205. v. 63. *εἰλόμεθα ἂν πρό γε τούτου τῷ αἰσχίστῳ ὀλέθρῳ λιμῷ τελευτῆσαι.* „Forsan et hic, inquit, posue„rat *αἰσχίστῳ* pro *ἀλγίστῳ*, uti LYSIAS in Agorat. §. „45. *ἠναγκάζοντο αἰσχίστῳ καὶ ἀκλεεστάτῳ ὀλέθρῳ* „*ἀπόλλυσθαι.* Ita et POLYAEN. p. 77. v. 6. *λιμῷ* „*αἴσχιστα ἁλώσοιντο.* Aliis tamen etiam *θάνατος* ille „dicitur *οἴκτιστος*, locis quae Taylorus designavit.“

§. 4. *τὰ μὲν ἐν τῷ ἐνθάδε Ἐλευσῖνι, τὰ δὲ ἐν τῷ Ἐλευσινίῳ ἱερῷ.* Egregia et vera est ad h. l. [et ad Herodot. IX, 27.] Valckenaerii animadversio, Taylori rationibus contraria. „Corrigendum videtur, inquit, voci„bus transpositis: *τὰ μὲν* (sacra faciet, vel vota Rex „concipiet) *ἐν τῷ ἐνθάδε Ἐλευσινίῳ ἱερῷ, τὰ δὲ ἐν* 177
„*Ἐλευσῖνι· καὶ τῆς ἑορτῆς ἐπιμελήσεται μυστηρίοις,* „*ὅπως ἂν μηδεὶς — ἀσεβῇ περὶ τὰ ἱερά.* Paene ve„rum vidit Palmerius [quocum faciunt FOERTSCH. et „FRANZ.]: *τὸ Ἐλευσίνιον* Athenis erat arci subjectum. „Ostendere nititur Taylorus, aedes ipsas dici Eleusina; „frustra: in locis omnibus urbs ipsa Eleusis intelligi „debet, ut apud PHILOSTR. p. 545. med. Secundus „*τέθαπται πρὸς τῇ Ἐλευσῖνι.* Egregius est HERODO„TI locus, quem advocat Taylorus, distinguentis *τὸ* „*Ἐλευσίνιον τὸ ὑπὸ τῇ ἀκροπόλει* et *Ἐλευσῖνα.* Vel „is ostendit urbem intelligi; neque enim in templo cre„dibile sepultas Celei filias. Caeterum frustra vocem „*μυστηρίοις* sollicitat Marklandus. — In Eleusinio Athe„nis, postridie festi, *ἕδρα* erat secundum Legem fa„cienda; vid. MEURS. *Eleusin.* p. 43. Andocides hic „causam videtur dixisse; atque in Eleusinio quoque „hujus Orationis, ni fallor, fingitur sedes: hinc *ἐν τῷ* „*ἐνθάδε Ἐλευσινίῳ.*“

§. 7. *Ὃς τέχνην ταύτην ἔχει, τοὺς μὲν ἐχθροὺς μηδὲν ποιεῖν κακόν, τοὺς δὲ φίλους ὅ, τι ἂν δύνηται κακόν.* Vocem *κακὸν* in fine sustulit Taylorus. Melius, me quidem judice, e medio eam tollebat Valcken., scribens: *τοὺς μὲν ἐχθροὺς μηδὲν ποιεῖν, τοὺς δὲ φίλους ὅ, τι ἂν δύνηται κακόν.* [FOERTSCH. et FRANZ. retinuerunt *κακόν.*]

Ibid. *Ὥστε μὰ τὸν Δία οὐ ῥᾴδιόν ἐστιν ὑμῖν, αὐ-* 178

τῷ οὐδὲν χαριζομένοις παρὰ τὸ δίκαιον, λαθεῖν τοὺς Ἕλληνας. Duriuscula quidem haec videntur; corrupta tamen dicere non ausim, cum saepius οὐκ et οὐδὲν ita conjungantur: quo pacto vim habent vehementioris negationis, quale est illud ARISTOPH. in *Pluto* v. 137.

Ὅτ' οὐδ' ἂν εἷς θύσειεν ἀνθρώπων ἔτι,
Οὐ βοῦν ἄν, οὐχὶ ψαιστὸν, οὐκ ἄλλ' οὐδεέν.

DEMOSTH. in *Timocr.* p. 765. R. §. 211. οὐκ ἂν ἔχοντες εἰπεῖν οὐδετέρου κοινὸν εὐεργέτημα οὐδέν: in *Aristocr.* p. 665. R. §. 138. οὐδὲ πρὸς δόξαν συμφέρει τῇ πόλει τοιοῦτον οὐδὲν ἐψηφισμένῃ φαίνεσθαι. Eleganti tamen conjectura haec mutabat Valcken.: verba ejus haec sunt. „MS. Coislin. αὐτο: scribatur ἀνδο. Facilis erit „ emendatio: οὐ ῥάδιον ἐστὶν ὑμῖν Ἀνδοκίδῃ χαριζομέ- „ νοις κ. τ. λ. Audaciora licent in mutilis et corruptis- „ simis, qualis haec certe est Oratio. Paulo post §. 8. „ est, *non potestis simul uti Legibus patriis et Ando-* „ *cide*, νόμοις τοῖς πατρίοις καὶ Ἀνδοκίδῃ χρῆσθαι." [vide FRANZ. ad h. l.]

Mox de audacia et impudentia Andocidis Athenas reversi ita loquitur Orator §. 9. εἰς τοσοῦτο δὲ τόλμης ἀφῖκται, ὥστε καὶ λέγει περὶ τοῦ νόμου, ὡς καθήρηται ὁ
179 περὶ αὐτοῦ κείμενος, καὶ ἔξεστιν αὐτῷ ἤδη εἰσιέναι εἰς τὴν ἀγορὰν καὶ εἰς τὰ ἱερὰ ἂν ἔτι καὶ νῦν Ἀθηναίων ἐν τῷ βουλευτηρίῳ. De loco fere desperato et ab aliis tentato, si vanitatis suspicionem effugiam, dicam quod sentio: pro illo ἂν ἔτι, quod sensum non habet, probabiliter mihi conjecisse videor ἀνατὶ, *impune*; pro quo alii scribunt ἀνατεὶ. HARPOCR.: Ἀνατεὶ ἀντὶ ἄνευ ἄτης· ἄνευ κακοῦ. [Forte: ἀνατεὶ καὶ ἀνατὶ, ἄνευ ἄτης. SLUIT. in Addend.]. Ἰσαῖος ἐν τῷ πρὸς Ἀπολλόδωρον. HESYCH. Ἄνατος· ἀβλαβής. — Ἀνατὶ, ἄνευ ἄτης καὶ βλάβης: prouti exponit quoque Scholiastes ad illud EURIP. in *Medea* v. 1357. (1324.) (οὐκ ἔμελλε)

Κρέων ἀνατεὶ τῆσδε μ' ἐκβαλεῖν χθονός.

Conf. AESCHYL. *Eumen.* v. 59. et 76. SOPH. *Antig.* v. 491. ARISTOPH. *Ecclesiaz.* v. 1041.

Ταῖς πρεσβυτέραις γυναιξὶν ἔστω τὸν νέον
Ἕλκειν ἀνατὶ λαβομένας τοῦ παττάλου.

Scholiastes μὴ τιμωρουμένας ὑπὸ (f. ὑπὲρ) τῆς βίας:

PLATO *de Legg.* L. IX. p. 871. E. *ἀνατεὶ κτεινέτω;* ubi notat STEPH. L. XI. p. 917. C. *ἀνατεὶ τυπτέτω,* et p. 935. B. *κολαζέτω ἕκαστον ἀνατεί.* Apud DIOD. SIC. Tom. II. p. 450. v. 32. e MS. vocem confirmavit WESSEL. SUID. quoque *ἀνατὶ* exponit *ἀβλαβῶς· καὶ* 180
ἄνευ τίσεως καὶ τιμωρίας [BEKKERI Anecdott. p. 392. 36.]: quae est significatio hujus loci; convenit nempe cum *νηποινεὶ*, quam vocem eodem sensu habet PLATO *de Legg.* L. IX. p. 874. C. *νηποινὶ* DEMOSTH. *in Aristocr.* p. 411. §. 88. Atque in talibus terminatio *ὶ* et *εὶ* utraque adhibetur [vide BUTTMANNI Gr. ampl. T. II. p. 344.]. Apud HOMER. *Il. Θ.* v. 197. ubi est *αὐτονυχεὶ*, Apion et Herodianus habent *αὐτονυχὶ*. Plura dederunt VALES. *ad d. l. Harpocrationis*, BERGL. *ad Aristoph.* et Interpretes HESYCHII ll. cc. Quae sequuntur *καὶ νῦν Ἀθηναίων ἐν τῷ βουλευτηρίῳ,* non ita facili opera sanari posse mihi videntur: audaciori esse si liceat, suspicer sententiam postulare: *καὶ γνώμην ἀποφαίνεσθαι ἐν τῷ βουλευτηρίῳ*: quod Andocidi item ut crimen objicit p. 106. v. 7. *εἰς τοσοῦτον δὲ ἀναισχυντίας ἀφῖκται, ὥστε καὶ παρασκευάζεται τὰ τῆς πόλεως πράττειν καὶ ἤδη δημηγορεῖ, καὶ ἀποδοκιμάζει, καὶ ἐπιτιμᾷ τῶν ἀρχόντων τισί· καὶ συμβουλεύει, εἰς τὴν βουλὴν εἰσιών, περὶ θυσιῶν, καὶ προσόδων, καὶ εὐχῶν, καὶ μαντειῶν* (ita hunc locum scribendum censeo). *Γνώμην ἀποφαίνεσθαι* locutio est Oratoribus usitata [cf. BLUMIUS ad Lycurg. p. 66.]. DEMOST. *de Contribut.* p. 169. R. §. 11. *καὶ προθεῖναι περὶ τούτων τῷ βουλομένῳ γνώμην ἀποφήνασθαι*: *de Corona* p. 291. R. §. 189. *πρὸ τῶν πραγμάτων τὴν γνώμην ἀποφαίνεται*: ubi ULPIANUS *γνώμην* exponit *λογισμὸν, βουλήν·* *de Falsa* 181
Legat. p. 390. R. §. 156. *τὸ μὲν πρῶτον ὡς ἂν εἰς κοινὸν γνώμην ἀποφαινομένου· μετὰ ταῦτα δὲ ὡς ἀγνοοῦντας διδάσκοντος·* et *γνώμης ἀπόδειξις* est apud eundem *in Aristog.* I. p. 772. R. §. 9. Sensus hujus loci est: *tantam esse audaciam Andocidis, ut dicat, sibi jam licere impune in templa venire et in forum; et sententiam dicere in curia, ac senatorio munere fungi.* Si cui tamen audacior videatur haec nostra emendatio, is fortasse malit cum Clar. Luzacio legere *καὶ λέγειν Ἀθηναίων ἐν τῷ βουλευτηρίῳ*: quod nec mihi displicet. Nam primum haud ita longe abeunt ductus literarum *ΛΕΓΕΙΝ* et *ΝΥΝ*; deinde *λέγειν* usurpatur ut apud Latinos *dicere* de ferenda et confirmanda sententia in senatu: sic CIC. *Phil.* V. in fin. *Dixi ad ea omnia, Consules, de quibus retulistis.* Forte addenda voce *Ἀθη-*

ναίων vim quandam et efficaciam consectatus est Rhetor. *Audet sententiam dicere in augusto et spectabili Reip. Atticae senatu.* *) Eandem vero γνώμης vocem restituendam credo ISOCR., cujus in *Laudatione Evagorae* §. 71. B. haec leguntur: *τί γὰρ ἀπέλιπεν εὐδαιμονίας, ὅς — τοσοῦτον καὶ τῷ σώματι τῶν ἄλλων καὶ τῇ ῥώμῃ διήνεγκεν, ὥστε μὴ μόνον Σαλαμῖνος, ἀλλὰ καὶ τῆς Ἀσίας ἁπάσης ἄξιος εἶναι τυραννεῖν.* Mihi quidem ineptum vi-
182 detur, si quis propter solam corporis pulchritudinem et robur regno dignus dicatur, animi virtutes nullum in censum veniant. Neque minus ineptum *τὴν ῥώμην,* quae jam in laude corporis inest, per partitionem huic subjungi. In toto autem Epilogo, cujus haec est particula, corpus et res externae tantum laudantur, animo nullus locus tribuitur, in quo tamen laudibus efferendo multus fuit §. 22. seqq. quodque caput esse in laudando docet CIC. *de Or.* L. II. c. 11. et 84. Ita supra §. 23. de Evagora dixerat: *τοσοῦτον γὰρ καὶ ταῖς τοῦ σώματος καὶ ταῖς τῆς ψυχῆς ἀρεταῖς διήνεγκεν.* Quamobrem et hic legendum videtur *καὶ τῷ σώματι — καὶ τῇ γνώμῃ.* [Et sic BEKK.]. Non raro *σῶμα* et *γνώμη* junguntur apud scriptores antiquos. **) ANDOC. *de Red.* §. 24. *εἰ γὰρ ὅσα ἄνθρωποι γνώμῃ ἁμαρτάνουσι, τὸ σῶμα αὐτῶν μὴ αἴτιόν ἐστιν κ. τ. λ.* LYSIAS in *Or. Olympica* apud DION. HALIC. p. 92. v. 9. *ἀγῶνα μὲν σωμάτων ἐποίησε, φιλοτιμίαν δὲ πλούτῳ, γνώμης δ' ἐπίδειξιν:* XENOPH. *Cyrop.* L. I. c. 3. §. 10. *ὑμᾶς ἑώρων καὶ τοῖς σώμασι καὶ ταῖς γνώμαις σφαλλομένους:* DION. HALIC. *Antiq.* L. III. p. 177. v. 36. *κάμνων τὸ σῶμα πάθεσι παντοδαποῖς, καὶ οὐδὲ τῆς γνώμης ἔτι τῆς αὐτοῦ καρτερὸς διαμένων:* EURIP. in *Electra* v. 372.

Γνώμην τε μεγάλην ἐν πένητι σώματι·

183 apud ARISTOPH. *Plut.* v. 559. paupertas dicitur *τοῦ πλούτου παρέχειν βελτίονας ἄνδρας, καὶ τὴν γνώμην, καὶ τὴν ἰδέαν.* Saepius haec duo vocabula in MSS. con-

*) SLUITERI conjecturas quominus probem prohibet Cod. C., qui post *ἱερᾷ* lacunam habet.

**) Cf. SCHAEF. Apparat. T. I. p. 333. Similes notiones opponuntur vocabulo *γνώμη* apud Stobaeum Florileg. T. II. p. 334. edit. Lips.

fusa esse videntur; saltem apud Xenophontem *ῥώμη* in *γνώμην* abierat, quod vitium feliciter ac vere correxit amicus et literarum studiis et familiaritate conjunctissimus PH. GUIL. VAN HEUSDE, in erudito, quod nuper edidit, *Specimine Critico in Platonem* p. 18. Haec *ὡς ἐν παρόδῳ* dicta sunto: redeamus ad Pseudo-Lysiam.

Hic igitur §. 13. per *πρόληψιν* ea, quae dicturus esset Andocides, refutans ait, *καίτοι οὐχ ὑπὲρ αὐτοῦ ἀπολογήσεται, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων κατηγορήσει*: ubi Taylorus recte *καὶ* pro *καίτοι* reponi vult. Reiskius verba nonnulla injicit. Mihi videtur unum intercidisse adverbium *ὅπως* ita restituendum, *καὶ οὐχ ὅπως ὑπὲρ αὐτοῦ ἀπολογήσεται*: *non solum se ipse non defendet, sed et reliquos accusabit, qui idem crimen commiserunt.* De vi formulae *οὐχ ὅπως* postea dicemus. *)

§. 14. *Οὔκουν ὁμοίαν χρὴ γνώμην ἔχειν περί τε τῶν ἀρνουμένων, καὶ περὶ τῶν ὁμολογουμένων.* „Sensus postulat (inquit Valckenaerius) *οὔκουν ὑμᾶς ὁμοίαν χρὴ γνώμην ἔχειν*, scilicet quam Areopagitae." **)

§. 17. *Ὀργίζεσθαι οὖν χρὴ τοῖς ἀστοῖς ἀδικοῦσι* 184 *μᾶλλον ἢ τοῖς ξένοις περὶ ταῦτα τὰ ἱερά.* Ad haec verba notarat Valcken. „Cur ista sacra? *τὰ ἱερὰ* adjectum „ab alio ex superioribus: Lysias scripserat tantum *περὶ ταῦτα*, nempe *περὶ τὰ ἱερὰ καὶ τὰς ἑορτὰς* (v. 40.) „*ἠσέβει.*" [Vulg. retin. BEKK. FOERTSCH. FRANZ.]

§. 19. *Ὡς θαῤῥῶν, ναυκληρίᾳ ἐπιθέμενος, τὴν θάλατταν ἔπλει.* HEMSTERH. *ad Hesychium* p. 94. e lectione Aldina *ἐπήδα* efformabat *ἐπηλᾶτο*, lectionem Stephani *ἔπλει* languidam vocans. At vero, pace viri summi, notabat Valcken. *πλεῖν τὴν θάλατταν* similiter esse in Oratione Andocidéa, idque bene etiam vidisse Taylorum, et in Cod. Coislin. esse *ἐπίδει*, litera tantum superflua. Deinde *ἐπηλᾶτο*, *cum aerumnis vagatus est*, infracturum fuisse argumentum Oratoris, — si a Diis impius ille mari fuisset vexatus. Porro dici quidem §. 30. *ἀλώμενος διάγει*: sed *ἐπαλᾶσθαι* prorsus esse Ho-

---

*) Cum SLUITERO facit FRANZ. DOBR. Advers. T. I. p. 203. omisso *καὶ* interpretatur: *Hoc si dicet, nihil proficiet ad se defendendum, ad alios accusandos tali oratione uti posset* ut fere *κ. Σιτοπ.* §. 10. Sed jure vulgatam retinuerunt BEKK. et FOERTSCH. Sensus hic est: *et profecto se non defendet, quin etiam alios accusabit.* Vide BLUM. ad Lycurg. p. 157.

**) Ego *ὑμᾶς* non desidero; cf. FRANZ. ad Lys. p. 285.

mericum: *) Homereis autem Lysiam non tantum abstinere, sed adhibere e medio duntaxat usu petita. *Πλεῖν τὴν θάλατταν* locutio est aliis etiam Oratoribus Atticis frequentata. Vid. ISOCR. *de Pace* p. 163. §. 20. DEMOSTH. *Phil.* I. p. 49. R. §. 34. *in Apat.* p. 893. R. §. 5. Conf. ARISTID. p. 209. F. Jam subjungit: ὁ δὲ
185 *θεὸς ὑπήγεν αὐτὸν, ἵνα ἀφικόμενος εἰς τὰ ἁμαρτήματα ἐπὶ τῇ ἐμῇ προφάσει δῴη δίκην.* Hanc lectionem jam sollicitavit Marklandus, ejus loco reponens *ἐπὶ τιμῆς προφάσει*, ingeniose quidem, ut solet, non item, ut opinor, vere. Reiskius non audet lectionem sollicitare, quoniam non satis intelligit. Mihi facilis videtur emendatio *ἐπὶ τῇ ἐμῇ φάσει*: **) *Deus ipsum periculis eripuit, ut, ad locum reversus, ubi peccata ista commisit, per meam accusationem poenas lueret.* *Φάσις* [cf. C. FR. HERMANNI Handb. §. 136.] peculiariter quidem dicitur *delatio eorum, qui erga vectigalia et reditus publicos peccarint, Sycophantarum, et Tutorum mala fide gerentium.* Sed universe etiam omnem *accusationem* notat: vid. POLLUX L. VIII. s. 48. ibique JUNGERM., BUDAEUS *Comment. L. Gr.* p. m. 182. *φάσις δὲ*, ait SUID., *καὶ μήνυσις, ἀγγελία*: (leg. *εἰςαγγελία*, *EIΣ* absorptum est a praecedenti syllaba *ΣIΣ*.) et *φαίνειν* crebro *accusare* vel *συκοφαντεῖν* notat apud ARISTOPH. v. g. *Acharn.* v. 541. 819. seqq. 908. 912. item apud Oratores. Similis est LYCURGI locus *in Leocr.* §. 91.

---

*) Sed hac in re facio cum NITZSCHIO ad Platonis Jon. p. 82. talia praecipiente „— — neque solutae orationis scriptoribus invidebimus elatioris spiritus dictiones, qualis illa Lysiae c. Andocid. §. 19. ἐν πολλῷ σάλῳ καὶ κινδύνῳ τὴν πόλιν γενομένην, quam cum Plutarcho Phoc. c. 2. mutuatus esse videri potest a Soph. Antig. 163.“ — Quare ferrem, praesertim apud Grammaticum, quisquis fuit, illud ἐπήδα Aldinae, quod commendationem haberet a notissimo illo πεδία πηδᾶν (Soph. Ajax v. 30.) si ferri posset ob ὡς θαῤῥῶν. Facio igitur C. SLUIT. BEKK. FOERTSCH. et non video caussam, quae impulerit FRANZIUM, qui REISKII conjecturam ἐπεῖρε arripuit, ut dicert πλεῖν hic frigere.

**) Nostro tamen loco jure Editores retinuerunt προφάσει cf. SCHOEM. ad Isaeum p. 464. et Dobreus in Advers. T. I. p. 204. Sana sunt apud Thucyd. VII. 13. haec verba: οἱ μὲν ἐπ' αὐτομολίας προφάσει ἀπέρχονται. Nos diceremus „unter einem Ueberlaeufervorwande, quales GOELLERUS ex Plutarchi Aemil. Paul. c. 23. affert. Miro tamen modo idem GOELL. ἐπὶ cum αὐτομολίας conjungit.

BEKK. c. XXI. ἐπεί γε τὸ ἐλθεῖν τοῦτον, οἶμαι θεῶν τινα αὐτὸν ἐπ' αὐτὴν ἀγαγεῖν τὴν τιμωρίαν, ἵν' ἐπειδὴ τὸν εὐκλεᾶ κίνδυνον ἔφυγε, τοῦ ἀκλεοῦς καὶ ἀδόξου θανάτου τύχῃ, καὶ οὓς προὔδωκε, τούτοις ὑποχείριον αὑτὸν καταστήσειεν.

§. 19. Θαυμάσιον δὲ οὐδὲν ἂν μοι γένοιτο. „Immo, inquit Valcken., θαυμαστόν." *) 186

§. 21. Ἔδησεν ἑαυτὸν τιμησάμενος δεσμοῦ. Egregia h. l. est conjectura Valckenaerii, cujus haec sunt verba. „Sic Taylor (Ald. ἐδέησεν) vertens, *se ipsum in* „*vincula conjecit, eam sibi poenam aestimans, si μὴ* „παραδοίη τὸν ἀκόλουθον. Correctione vera restitue „ἔλαθεν. — ἑαυτὸν τιμησάμενος δεσμοῦ. Cur autem „ἔλαθεν? Quia θεῶν τις τὴν τούτου γνώμην διέφθειρεν, ὃς ῥᾷον ἡγήσατο δεσμοῦ τιμήσασθαι ἢ ἀργυρίου, „videlicet ex *poenae aestimatione*, quam reus faciebat: „§. 23. ἐκ τούτου τοῦ τιμήματος ἐδέδετο ἐγγὺς ἐνιαυτόν. Ostendere nititur a Deo dementatum: sic §. 27. „tantam ipsi Deus λήθην ἔδωκεν, ut se daret in manus „inimicorum." **)

§. 29. Καταπλεύσας δὲ ἐκεῖθεν δεῦρο εἰς δημοκρατίαν εἰς τὴν ἑαυτοῦ πόλιν, τοῖς μὲν πρυτανεῦσιν ἔδωκε χρήματα κ. τ. λ. Licet Lysiacam Orationem esse non credam, tantam tamen verborum effusionem ne in eo quidem exspecto, qui se illius imitatorem profiteatur. Andocides tunc secunda vice rediit Athenas: illud dixisse videtur Orator atque ita scripsisse, κατέπλευσας δὲ ἔπειτα δεύτερον, *postea iterum rediens in patriam*. Hoc vero inde etiam confirmatur, quod mox eadem dicatur 187 ratione τὸ δὲ τελευταῖον νῦν ἀφικόμενος εἰς τὴν πόλιν. [BEKKER, FOERTSCH. et FRANZ. vulg. retinuerunt.]

§ 31. in fin. Καίτοι ὅταν τις τὸν αὐτοῦ βίον τοῖς ἐχθροῖς καὶ τοῖς συκοφάνταις διανέμῃ, τοῦτ' ἐστὶ τὸ

---

*) Minime. Vide PIERS. ad Moer. p. 138. ed. Lips. et SCHOEM. ad Isaeum p. 189.

**) VALCKEN. conjecturam minime necessariam respuebant interprett. recentiores omnes. Vide SCHOEMANNI Ord. Judic. p. 179, n. 34. In iis quae sequuntur PLATNERO (Proc. I, p. 270.) minime placet TAYLORI ratio, qua pro ἐπιβουλῆς scribatur ἐπιβολῆς (cf. DORV. ad Charit. p. 219.) et pro μαρτυρίου recipi debeat ἀργυρίου. Minime hic de *mulcta* sermonem esse. Quare conjecit: ἐκ τῆς βουλῆς ita ut Lysias dicat: τὴν βουλὴν tradidisse Andocidem δεσμωτηρίῳ. Vide quoque in Praefat. p. XLIII.

[βιοῦν] τὸν βίον ἀβίωτον· ἃ τούτῳ ὁ θεὸς οὐκ ἐπὶ σωτηρίᾳ ἐπινοεῖν δίδωσιν, ἀλλὰ τιμωρούμενος τῶν γεγενημένων ἀσεβημάτων· τὸ δὲ τελευταῖον, νυνὶ παρέδωκεν αὐτὸν ὑμῖν χρῆσθαι ὅ, τι ἂν βούλησθε· οὐ τῷ μὴ ἀδικεῖν πιστεύων, ἀλλ' ὑπὸ δαιμονίου τινὸς ἀγόμενος ἀνάγκης. Mirum vero si ita Deus quem puniat, ut intelligat miserum esse, bona sua Sycophantis distribuere, quo ab accusando revocentur. Inepto plane loco collocata sunt verba ἃ τούτῳ ὁ θεὸς — ἀσεβημάτων, quorum verus locus esse videtur post illa ὑπὸ δαιμονίου τινὸς ἀγόμενος ἀνάγκης. *Volens ipse sua sponte judicium subiit, non causae suae aequitate fretus, sed divina necessitate coactus. Hanc vero illi mentem Deus dedit, non ut servetur et evadat, sed ut poenas luat eorum, quae ante peccavit.* [Nihil mutant recentt. interprett.]

§. 35. Ἰσχυριεῖται δὲ καὶ τοῦτο τῷ λόγῳ. Sic Valcken. emendandum videbatur pro τούτῳ. [recentt. editt. vulg. retinent.]

§. 40. Ἀλλὰ Λακεδαιμόνιοι γὰρ ἐν ταῖς πρὸς αὐτοὺς συνθήκαις ἐπεμελήθησαν Ἀνδοκίδου, ὅτι ἔπαθον ἀγαθόν τι ὑπ' αὐτοῦ. Ridicula videtur Reiskii conje-
188 ctura οὐ inserentis post haec verba: qua ratione quis veterum unquam est locutus? Duplex adest emendandi ratio, si signum interrogationis ponatur post nomen Ἀνδοκίδου: ut vel legamus ὅτι ἔπαθον ἀγαθόν τί ὑπ' αὐτοῦ; vel, quod malim, τί παθόντες ἀγαθὸν ὑπ' αὐτοῦ; ita mox ἀλλ' ὑμεῖς γε ἐπεμελήθητε Ἀνδοκίδου; ἀντὶ ποίης εὐεργεσίας; est hic loquendi modus et usus particulae ἀλλὰ antiquis usitatus: simile est illud EURIP. in *Phoenissis* v. 1619. seqq.

> Τίς ἡγεμών μοι ποδὸς ὁμαρτήσει τυφλοῦ;
> Ἥδ' ἡ θανοῦσα; ζῶσα γ' ἂν σάφ' οἶδ' ὅτι.
> Ἀλλ' εὔτεκνος ξυνωρίς; ἀλλ' οὐκ ἔστι μοι·
> Ἀλλ' ἔτι νεάζων αὐτὸς εὕροιμ' ἂν βίον;
> Πόθεν; — — —

Vid. ad i. l. VALCKEN. [Vide ad locum de myster. §. 149. Priorem rationem sequuti sunt recentt.]

§. 45. seqq. Andocidem cum Batracho perdito homine componit, atque eo etiam improbiorem dicit. Ὅστις οὖν, addit, καὶ πονηρότερος καὶ ἀμαθέστερος Βατράχου ἐστί, πάνυ δὴ ἀγαπητὸς ὑφ' ὑμῶν αὐτὸν σωθέντα. Cujus loci cum nullam sententiam esse videret Reiskius, plures proposuit emendationes. Proxime ad verum accedit ea, qua conjecit: πάνυ δεῖ ἀγαπᾷν ἀγαπητῶς: mihi

quidem legendum videtur, *πάνυ δεῖ ἀγαπᾶν ὑφ' ὑμῶν αὐτὸν σωθέντα. Hunc admodum contentum esse oportet, quod a vobis sit servatus*, non vero etiam civibus 189
suis esse molestum. Ita ISOCR. *Panath.* p. 234. §. 8. *οὐκ ἀγαπῶ ζῶν ἐπὶ τούτοις*: DEMOSTH. *de Haloneso* p. 78. R. §. 6. *τὰ ἐν τῇ θαλάττῃ χωρία ἀγαπῶσι παρὰ τοῦ Μακεδόνος λαμβάνοντες*: *de Contribut.* p. 175. R. §. 30. *ἡ πόλις ἡμῶν τὰς ὁδοὺς ἀγαπᾷ κατασκευάζουσα*: §. 31. *καὶ ὑμεῖς ἀγαπᾶτε, ἄν τι αὐτοὶ μεταδιδῶσι, λαμβάνοντες*: p. 176. R. §. 34. *τὰ ὑμέτερα αὐτῶν ἀγαπᾶν πράττοντας*: ARISTOPH. *Vesp.* v. 670.

Σὺ δὲ τῆς ἀρχῆς ἀγαπᾷς τῆς σῆς τοὺς ἀργελόφους περιτρώγων. *)

Jam vero pergit Rhetor, ostendens, nulla umquam in re patriae profuisse Andocidem, ne tum quidem, cum exules Piraeëum tenerent, urbs a Tyrannis oppressa haberetur. Mala, quae perpessi erant Athenienses, prius depingit: deinde addit §. 48. *Ἀνδοκίδης δὲ ἀπαθὴς τούτων τῶν κακῶν γενόμενος εἰς τὴν σωτηρίαν τῇ πατρίδι, ἀξιοῖ νυνὶ μετέχειν τῆς πόλεως ἀσεβῶν ἐν αὐτῇ.* Modo Reiskius *γινόμενον* recte convertit in *γενόμενον*; hic minus recte nonnulla deësse censet; est enim sententia suis numeris absoluta, *ἀπαθὴς γενόμενος τῶν κακῶν* idem est ac si dixisset *οὐδὲν παθὼν τούτων τῶν κακῶν*: THUCYD. L. I. c. 26. *προεῖπον, Ἐπιδαμνίων τε τὸν βουλόμενον καὶ τοὺς ξένους ἀπαθεῖς ἀπιέναι*: L. V. c. 16. *ἐν ᾧ ἀπαθὴς ἦν, καὶ ἠξιοῦτο διασώσασθαι τὴν εὐ-* 190
τυχίαν: LYSIAS *Epitaph.* §. 27. *ἀπαθὴς δ' ὢν κακῶν καὶ ἄπειρος ἀνδρῶν ἀγαθῶν.* [cf. STURZII Lexic. Xenoph. T. I. p. 295.] *Andocides autem*, inquit Orator, *qui tunc temporis illas calamitates pro patriae salute non perpessus est, nunc civium jure uti vult in ea civitate, in qua religionem improbe violavit.* *Ἀλλὰ πλουτῶν γάρ*, addit, *καὶ δυνάμενος τοῖς χρήμασι, καὶ βασιλεῦσιν ἐξενωμένος καὶ τυράννοις; ἃ νυνὶ* (ita leg. ex Cod. Coislin.) *κομπάσει, ἐπιστάμενος τοὺς ὑμετέρους*

---

*) E vulg. lectione *πάνυ δὴ ἀγαπητὸς ὑφ' ὑμῶν αὐτὸν σωθέντα* haud male putat FRANZ. effici posse, collato Demosthenis loco *περὶ τοῦ στεφάνου τῆς τριηρ.* p. 1234. R. §. 20., talem lectionem: *πάνυ δὴ ἀγαπητὸς ὑφ' ὑμῶν αὐτὸν σωθέντι.* Sed scrib. c. optimis libris: *πάνυ δεῖ ἀγαπητῶς ὑφ' ὑμῶν αὐτὸν σωθῆναι.* De *αὐτὸν* vide FOERTSCHII Observatt. p. 74.

τρόπους, ποίαν εἰςφορὰν τούτῳ ἀγαθὸν γένοιτο. Ita quidem legitur in vulgatis Editionibus, sensu nullo. Mihi, ne aliorum conjecturas memorem, legendum videtur: — τυράννοις (ἃ νυνὶ κομπάσει ἐπιστάμενος τοὺς ὑμετέρους τρόπους) ποίαν εἰςφορὰν αὐτοῦ τῶν ἀγαθῶν ἐποιήσατο. *) Solebat etiam Athenis, si respublica pecunia indigeret, civibus imperari, ut certam bonorum quantitatem in commune conferrent, quo publica inopia levaretur. Illae collationes dicebantur εἰςφοραί, quae vero sociis et subditis gentibus imperabantur tributa, φόροι et προςτάξεις audiebant: χρημάτων εἰςφορὰς ποιεῖσθαι dixit ISOCR. *de Pace* p. 161. §. 12. Neque solum nullum unquam tributum contulit Andocides, sed et ἐπιστάμενος ἐν πολλῷ σάλῳ καὶ κινδύνῳ τὴν πόλιν γινομένην, ναυκληρῶν οὐκ ἐτόλμησεν ἐπαρθεὶς σῖτον εἰςάγων
191 ὠφελῆσαι τὴν πατρίδα. Mihi videtur antiquitus scriptum fuisse οὐκ ἐπήρθη σῖτον εἰςάγων ὠ. τ. π. et ἐτόλμησεν ex interpretatione margini adscripta in contextum venisse: ἐπήρθη *impulsus est*, *inductus est*: ISOCR. Or. *ad Philipp.* p. 84. c. §. 10. ταῦτα δὲ διανοηθείς, — ἐπήρθην πάλιν συγγράψαι περὶ αὐτῆς: DEMOSTH. in *Amatoria Oratione* p. 1403. R. §. 6. διὸ δὴ καὶ μᾶλλον ἐπήρθην τοῦτον γράψαι τὸν λόγον. — Andocides, cognito sibi periculo, in quo patria versaretur, ad eam juvandam, quamvis posset, non est inductus; sed inquilini et hospites invehendo frumento civitati profuerunt: σὺ δὲ τί καὶ ἀγαθὸν ποιήσας, ὦ Ἀνδοκίδη; ποῖα ἁμαρτήματα ἀνακαλεσάμενος; ποῖα τροφεῖα ἀνταποδούς; Reiskius hic φαίνῃ aut ἐφαίνου vult interponi: quod minime videtur necessarium, dummodo pro ποιήσας scribamus ἐποίησας. **) Caeterum ἀνακαλεσάμενος cum Marklando mutari malim in ἀνακαλυψάμενος.

---

*) At Codex C. post εἰςφορὰν unius versus lacunam habet, quam dubito, quin vere expleverit FRANZ. totum locum sic conformans: ἃ νῦν ἂν κομπάσῃ ἐπιστάμενος τοὺς ὑμετέρους τρόπους, ἄξιον πυθέσθαι αὐτοῦ, ποίαν εἰςφορὰν εἰςενηνοχότι ἢ τίνα λειτουργίαν λελειτουργηκότι τούτῳ ἀγαθὸν ἂν γένοιτο.

**) At Cod. C habet post ἀνταποδοὺς lacunam. Bene sese habet ἀνακαλεσάμενος. Jam optime docuit REISK. ἀνακαλεῖσθαι τὰ ἁμαρτήματα idem esse, quod ἀκεῖσθαι, malefacta aliis benefactis emendare, compensare. —

CAPUT NONUM. 192

Oratio Andocidis de Reditu *ad quod tempus sit referenda?* Παριέναι et παρελθεῖν. Μέγα δεινόν. Εὑρίσκεσθαι: ἔλεγχον διδόναι. Παυθῆναι. Κώπεις: *emendatur* DEMOSTHENES. Ἀναγράφειν. Μεταίτιος.

Secunda inter Andocidéas Oratio est *de Reditu*, de qua video dubitasse neminem, quin dicta sit post reditum Andocidis postremum, non ita diu antequam causam ἐνδείξεως de Mysteriis oraret. At vero mihi rationes ineunti aliter visum est. Nam post receptas a Thrasybulo et exulibus Athenas, restitutumque populare imperium, rediit Andocides, fretus Lege ἀμνηστείας caeterisque Legibus, pactis et sacramentis, quibus omnes cives injuriam ante illatam ulcisci, vel quemquam de ante actis accusare prohibebantur; quas Leges in Oratione *de Mysteriis* maximo sibi esse praesidio putavit. Hic vero nulla mentio est eorum, quae post Quadringentorum dominationem acciderunt: copiose narrat illatam sibi a Quadringentis injuriam, ut recenti illorum memoria atque 193
odio populi in Oligarchiae studiosos majorem erga se misericordiam moveat, qui ab illis tam male fuerit acceptus. In Oratione *de Mysteriis* contendit sibi jus esse redeundi, nullaque se poena teneri, si antea fortasse quid commisisset: hac Oratione, ut ἄδεια ex Menippi Psephismate sibi reddatur, orat. Itaque longe aliis in hac Oratione utitur argumentis, iisque multo infirmioribus, quam in Oratione *de Mysteriis*. Neque credibile est, Oratorem callidum, si firmiora affere potuisset, tantummodo ad preces se conversurum fuisse. At, si post XXX Tyrannorum tempora scripta fuisset Oratio, iisdem rationibus uti potuisset, quibus in Oratione *de Mysteriis* usus est. Denique, si ipsam dictionem Orationis *de Reditu* cum Oratione *de Mysteriis* componas et conferas, facile est suspicari, hanc illa esse posteriorem: nam Oratio περὶ τῆς καθόδου majorem habet ardorem, et est incitatior; at Oratio *de Mysteriis* sedatior est et prudentia majore, ut illam aetate provectior dixisse videatur. Quapropter

Orationem *de Reditu* habitam existimo, quum iterum Athenas rediit, abrogato Quadringentorum imperio et statu Reipublicae populari restituto, ut ante Cap. IV. est a nobis indicatum. Caeterum nobis haec Oratio eadem esse videtur, quam titulo περὶ τῆς ἀδείας laudat HARP.
194 v. ὀῤῥωδεῖν. Ita quidem teneo cum Viris doctissimis GUIL. CANT. *Nov. Lect.* VIII. 4. et IO. TAYL. *Lect. Lys.* c. 6.

In ipso Orationis initio: *Εἰ μὲν, ὦ ἄνδρες, ἐν ἑτέρῳ τῳ πράγματι οἱ παριόντες μὴ τὴν αὐτὴν γνώμην ἔχοντες πάντες ἐφαίνοντο, οὐδὲν ἂν θαυμαστὸν ἐνόμιζον:* TAYL. (cujus *ad Andocidem annotatiunculas* Reiskius in Vol. VIII. *Oratorum Graecorum* typis describi curavit) praeferre videtur *οἱ παρόντες*, quemadmodum MINIATUS interpretatur. At recte vulgata lectio *οἱ παριόντες* retinetur a Reiskio, et explicatur *prodeuntes ad dicendum et suadendum de republica.* Non infrequens est haec verborum *παριέναι* et *παρέρχεσθαι* notio, sed optimis scriptoribus usitata. Infra in Or. *de Pace* §. 40. *παριόντες οὖν αὐτοὶ διδασκόντων ὑμᾶς*: ISOCR. initio Orationis *de Pace* p. 159. §. 1. *πάντες μὲν εἰώθασιν οἱ παριόντες ἐνθάδε:* AESCHIN. π. τ. παραπρεσβείας p. 30. §. 17. *παρελθὼν δ' Ἀριστόδημος πολλήν τινα εὔνοιαν ἀπήγγειλε τοῦ Φιλίππου πρὸς τὴν πόλιν.* Comice ARIST. *Eccles.* v. 398.

Πρῶτος Νεοκλείδης ὁ γλάμων παρείρπυσεν.

et v. 408.

Μετὰ τοῦτον Εὐαίων ὁ δεξιώτατος
Παρῆλθε γυμνὸς, ὡς ἐδόκει τοῖς πλείοσιν.

195 *Thesmoph.* v. 450.

Ὀλίγων ἕνεκ' αὐτὴ παρῆλθον ῥημάτων.

PLUT. in *Alcib.* p. 201. A. *ἔλεγε παριὼν, ὡς δεινὸν ἐστὶ*, caet. [vid. A. G. BECKER.]

§. 2. *Τουτὶ τοίνυν τὸ μέγα καὶ δεινὸν πάρεστιν ὑμῖν ὁρᾶν, τοὺς μὲν ἤδη πράττοντας, τοὺς δὲ τάχα μέλλοντας.* Illud *μέγα καὶ δεινὸν* dicit, *ὅτι μὴ πᾶσιν ὁμοίως δοκεῖ*, si ipse civitatem juvare cupiat, alius autem quis pejori consilio contra velit, suisque rationibus adversetur. Id vero dicere vix potuit *μέγα καὶ δεινὸν magnum et malum*: sed scripsisse videtur Andocides *μέγα δεινόν*:

magni vero illius mali videre nobis licet jam nonnullos esse auctores, alios vero brevi fore: id quod modo dixit se existimare δεινότατον ἁπάντων χρημάτων. Vocabulo δεινὸν, quum neutro genere ipsa res mala ita dicitur, etiam alia adjectiva nomina junguntur. Ita τὰ παρόντα δεινὰ dixit THUC. II. 65. IV. 37. et ἅπαν τὸ περιεστὸς ἡμᾶς δεινὸν: IV. 10. LUC. *Deor. Dial.* T. I. p. 207. καινὸν ἄλλό τι δεινὸν ἐπιμεμηχάνηται τῇ κακοδαίμονι: in *Lucio* sive *Asino* T. II. p. 599. τότε δὴ τὸ δεινὸν ἀφόρητον ἦν.*)

Ibid. *Εἰ μέν γε νομίζουσι.* Reiskius ait γε *hic loci esse pro* γὰρ: Valckenaerius γὰρ scribendum censet.**)

§. 4. *Καὶ αὐτοὶ μὲν οὗτοι οἱ ἄνδρες οὐ τολμῶσι* 196 *σφᾶς αὐτοὺς εἰς τὸ μέσον καταστήσαντες διϊσχυρίζεσθαι περὶ τούτων, φοβούμενοι ἔλεγχον διδόναι, εἴ τι εἰς ὑμᾶς μὴ εὖ φρονοῦντες ἑτέρους δὲ εἰσπέμπουσι τοιούτους ἀνθρώπους, οἷς εἰθισμένοις ἤδη ἀναισχυντεῖν οὐδὲν διαφέρει εἰπεῖν τε καὶ ἀκοῦσαι τὰ μέγιστα τῶν κακῶν.* Duplex est Reiskii de hoc loco conjectura: *aut* φρονοῦσιν *est legendum,* inquit, *aut* μὴ εὖ φρονοῦντες φωραθεῖεν. Quod ad sententiam, ut videtur, non male. Dicit enim Andocides, istos inimicos suos non audere ipsos ad accusandum se prodire, metuentes ne malevoli erga civitatem esse videantur, quum eo tempore Oratorem aggrediantur, quo is rempublicam magno quodam bono juvare velit; sed ideo alios jam male audire solitos ad accusandum subornare. Hinc in illam incidi opinionem, deceptos similitudine literarum sequentis verbi ἑτέρους, librarios omisisse in describendo verbum εὑρεθῶσι. Sic infra §. 8. fin. πολλοστὸν δή τι ἐγὼ μέρος τῆς αἰτίας εὑρέθην ἔχων. §. 13. οὐκ ὀλίγῳ μοι παρὰ γνώμην εὑρέθη τὰ ἐνταῦθα πράγματα ἔχοντα. EURIP. *Hecuba* v. 270.

Ἀδικοῦσα θ' ἡμῶν οὐδὲν ἧττον εὑρέθῃ.

Conf. idem in *Androm.* v. 218. et 312. *Suppl.* v. 254.

---

*) Codd. BZ τι νῦν. BEKK. c. AB. ὑμῖν. Caeterum SLUITERI mutatio non necessaria est. Apte laudat DOBR. Arist. Acharn. v. 129.

**) Jure retinuit BEKK. γε. De μὲν γὰρ et μέν γε vide quos laudat FUNKH. ad Demosth. in Androt. p. 43. et SCHOEM. ad Isaeum p. 273.

197 — Valcken. tentabat: „ἔλεγχον διδόναι πῇ εἰς ὑμᾶς μὴ
„ εὖ φρονοῦντες: *veriti ne suae erga vos malevolentiae*
„ *documentum praebeant,*" a quo non multum abhorret
altera conjectura, quae nobis in mentem venit, ἔτι εἰς
ὑμᾶς μὴ εὖ φρονοῦντες· *etiamnum se vobis non bene*
cupere, neque Oligarchiae studium deposuisse. Ἔλεγ-
χον διδόναι etiam notat *de se documentum praebere.*
ISOCR. *Evag. Encom.* p. 192. §. 17. οἱ μέγιστον καὶ
σαφέστατον ἔλεγχον ἔδοσαν τῆς αὑτῶν ἀρετῆς. „Mihi,
„ inquit Luzacius, nata est suspicio, num locus sanari
„ possit legendo: φοβούμενοι ἔλεγχον διδόναι, ὅτι εἰς
„ ὑμᾶς μὴ εὖ φρονοῦντες ἑτέρους εἰσπέμπουσι τοιούτους
„ ἀνθρώπους· *veriti, ne ipsi indicio isto prodant, se,*
„ *cum vobis male cupiant, alios subornare et clancu-*
„ *lum excitare, qui omnem pudorem exuere soliti,*
„ caet." *) Verba quae sequuntur hoc modo emendanda
videntur: ἰσχυρὸν δὲ τοῦτο μόνον εὕροι τις ἂν αὐτῶν
ἐν τοῖς λόγοις, τὸ τὰς ἐμὰς συμφορὰς ἐπὶ παντὶ ὀνειδί-
ζειν, καὶ ταῦτα ἐν εἰδόσι δήπου κάλλιον ὑμῖν, ὥστε μη-
δὲν ἂν τούτων δικαίως τιμὴν αὐτοῖς τινα φέρειν· Valcke-
naerius quoque ὑμῖν legit pro ἡμῖν [quod confirmant
AB]. Mox etiam, in emendandis illis καὶ τῷ πρώτῳ
τούτῳ εἰπόντι, plane cum Reiskio consentiens haec no-
tarat: „Si sic scripsisset Andocides, designasset quem-
198 „ piam praesentem, qui ante ipsum verba fecisset, quod
„ fieri nequit. Designari voluit scriptorem veterem, cu-
„ jus hoc fuerit dictum. Corrigo: καὶ τῷ πρώτῳ τοῦτο
„ εἰπόντι. *Mihi bene dixisse videtur, qui hoc primus*
„ *dixerit.*" [Idque recepit BEKK. c. AB.].

§. 6. Εἰ ἀνθρωπίνως περὶ ἐμοῦ γιγνώσκοιτε ἄν,
εἴητε ἄνδρες εὐδαιμονέστεροι. Egregiam de hoc loco
conjecturam his verbis mecum communicavit Luzacius.
„Nescio, quid ad beatitatem Atheniensium conducturum
„ fuerit, humaniter cum Andocide agere: at vero, si
„ humanos errores humaniter condonarent, tum se na-
„ turae ingeniique humani peritos ostenderent ac pruden-
„ tiores. Dixerat supra *recte ac sapienter monuisse,*
„ *qui primus dixisset,* caet. Igitur suspicor voce Xe-
„ nophontea hic usum Andocidem, εἴητε ἄνδρες δαημο-
„ νέστεροι: *viri eritis rerum humanarum magis callen-*

*) Conjecturae a SLUITERO prolatae non necessariae sunt, cum
Codd. AB ante μὴ εὖ φρονοῦντες praebeant τυγχάνουσι.

„ tes. Voces δαήμων et εὐδαίμων alibi quoque permutatas memini.“ *)

§. 7. Οὐ περὶ ἐμοῦ μόνον ὀῤῥωδεῖν, εἴ τι ἔδει παθεῖν. Vocem ὀῤῥωδεῖν ex hoc loco citans HARP. exponit φοβεῖσθαι. **)

Ibid. Αὐτὸ μὲν ἀφέντα μὴ τεθνάναι. Reiskio αὐτὸν legenti adsentitur Valckenaerius [et habent ABZ].

§. 8. fin. Ὥστε μέντοι πᾶν ἰαθῆναι, ἐγὼ εἷς ὢν μόνος αἴτιος. Et hic eadem, quae Reiskio, nata fuerat 199
Valckenaerio conjectura, eamque ita confirmarat. „Infra „ §. 9. legitur ἀδύνατον ἦν ταῦτα ἰαθῆναι ἄλλως ἢ τῷ „ ἐμῷ αἰσχρῷ. Hinc arripuit Stephanus vulgatam. Le„ ctio vetus erat, ὥστε μέντοι πανθῆναι. Corrigo: ὥστε „ μέντοι παυθῆναι vel παυσθῆναι. — Respicit τὴν τῶν „ Ἑρμῶν περικοπήν. De metu, in quo tum fuerint „ Athenis, ne libertas opprimeretur populi, NEPOS in „ *Alcibiade*, THUC. p. 395. v. 65. ANDOC. de myst. „ §. 40. Reos Andocides accusasse se fatetur, quomo„ do permotus §. 48. seqq. §. 53. et §. 67. fin. tum „ vos ἀπηλλάγητε μεγάλων φόβων, καὶ τῶν εἰς ἀλλή„ λους ὑποψιῶν. THUC. L. VI. c. 60. de Andocide: „ persuadetur αὑτόν τε ἄδειαν ποιησάμενον σῶσαι, καὶ „ τὴν πόλιν τῆς παρούσης ὑποψίας παῦσαι: ANDOC. de „ myst. §. 59. *si dicerem, τὴν πόλιν ἐκ φόβου καὶ κα„ κῶν τῶν μεγίστων ἀπήλλαττον: §. 68. metum ve„ strum sustuli.*“ [BEKK. tacite ὥστε μέντοι παυθῆναι].

§. 9. Οὐδεὶς ἐμοῦ ἤρχετο γίνεσθαι δυςδαιμονέστερος. Reiskio haec vitiosa censenti non plane adsentior, et minus etiam probo medicinam, quam adferre loco vo-

*) Merito illud εὐδαιμονέστεροι LUZACII animum offendebat; sed veram lectionem εὐγνωμονέστεροι praebent ABPZ, quam recipiendam statuit ante BEKK. FR. OSANNUS (Lectt. Andocid. p. 704.), qui conferri jussit Demosth. Epist. p. 1486 et Aeschinis Ctes. p. 560. §. 170. Caeterum BORNEM. ad Xenoph. Conv. p. 101. locum sic legit: περὶ ἐμοῦ γιγνώσκοιτ' ἂν εἴητ' ἂν ἄνδρες εὐγνωμ. Sed legi debet cum ABZ γιγνώσκοιτε εἴητε ἄν: quod probat HERMANNUS, etsi non negat vulgatam lectionem γιγνώσκοντες ἂν εἴητε defendi posse. Vide de particul. ἂν Opusc. T. IV. p. 196. et notam ad Soph. O. T. v. 929.

**) BEKK. c. AZ μόνον, quod OSANNUS quoque l. l. probat laudans STURZII Lex. Xenoph. T. III. p. 171. suaque ad Lycurg. p. 126.

luit, legendo ἐκρίνετο aut ἥδετο. Mihi potius ποιητικώτερον aut variandi causa dictum videtur, pro ἐγὼ ἠρχόμην γίνεσθαι πάντων δυςδαιμονέστατος: variandi causa, inquam, cum mox addat: ἁπάντων ἐγὼ ἀθλιώτατος.
200

Ibid. Ὥστ' ἐν αὐτῷ, ᾧ ἐγὼ κακῶς ἔπραττον, ἐν τούτῳ ὑμᾶς σώζεσθαι. Vocabulum αὐτῷ loco motum est a descriptore, ita restituendum: ἐν ᾧ ἐγὼ κακῶς ἔπραττον, ἐν αὐτῷ τούτῳ ὑμᾶς σώζεσθαι. [BEKK. vulg. retinuit.]

§. 11. Ad v. κωπέας Valckenaerius notat, HEROD. V. 23. ubi pauca de iis dederit, HESYCH. v. κώπεις· ARISTOPH. *Acharn.* v. 551. ibique Scholiasten; *Lysistr.* v. 423. DEMOSTH. περὶ Συντάξ. p. 170. R. §. 14. ubi pro κώπας legendum existimat κωπέας, coll. p. 1465. ARIST. T. II. p. 204. [cf. A. G. BECKER. ad h. l.]

§. 17. Τί ἄλλο ἢ μετὰ τῶν ὑμετέρων σωμάτων ταλαιπωρίας τε καὶ κινδύνων, καὶ ἔτι τῶν κοινῶν χρημάτων, δαπανᾷν ποιοῦσιν ὑμᾶς, εἴ τι τυγχάνουσιν, ἀγαθόν. Neutra Reiskianarum [qua aut δαπανῶντες aut καὶ ἔτι τῷ τῶν κοινῶν χ. δαπανᾷν π. scribi debeat] deterior, ut opinor, nostra est emendatio: καὶ ἔτι τῶν κοινῶν χρημάτων δαπάνης, ποιοῦσιν ὑμᾶς εἴ τι τυγχάνουσιν ἀγαθόν; *Nonne isti duces cum corporum vestrorum miseseria et periculis publicique aerarii impensa vobis praestant, si quam praestant, utilitatem?* [et sic Cod. A.]

§. 18. Στεφανοῦνταί γε ὑφ' ὑμῶν καὶ ἀνακηρύττονται. Scribendum arbitror στεφανοῦνταί τε ὑφ' ὑμῶν. [γε retinuit BEKK.]

201 §. 19. Ἄνδρες ὑμῶν πεντακόσιοι ἐν ἀποῤῥήτῳ ἴσασιν, ἡ βουλή, οὓς — εἰκός, caet. Ab alio adjectum ἡ βουλὴ ejiciendum esse censet Valck. [BEKK. retinuit.].

§. 20. Ὡς ἠγγέλθη ἡμῖν. Valckenaerius correxit ὑμῖν, quod et mihi pridem visum est. [BEKK. ἡμῖν.]

§. 23. fin. Ἔτι γὰρ καὶ νῦν ἐγγέγραπται (τὸ ψήφισμα) ἐν τῷ βουλευτηρίῳ. Si ita scripsisset Andocides, videtur additurus fuisse, quibus tabulis inscriptum esset decretum: nam caeteroquin quare ἐγγέγραπται? Aptius erat et magis perspicuum simplex γέγραπται. Quapropter vel sic ab Andocide scriptum arbitror, vel ἀναγέγραπται. Saepius haec verba permutata sunt, v. g. apud LYS. *in Nicom.* §. 5. Est autem verbum ἀναγράφειν proprium et de legibus, et de aliis rebus, quae solenniter describuntur, et in tabulas referuntur, ut passim in d. Or. et *pro Polystrato* §. 19. fin. εἰ ξένος τις εὐεργέτης ἀναγραφῆναι ἠξίου: DEMOSTH. *in Neaeram*

p. 1381. R. §. 105. τοὺς δοκιμασθέντας ἀναγραφῆναι ἐν στήλῃ λιθίνῃ. Eratque hic mos Athenis, ut leges vel recens perlatas vel denuo probatas publica auctoritate describi (ἀναγράφεσθαι) curarent. Vid. ANDOC. *de Myster.* §. 82. 83. 84. et 89. AESCHINEM *in Tim.* p. 2. §. 7. *in Ctesiphont.* p. 59. §. 37. Conf. et DE- 202
MOSTH. *in Timocrat.* p. 701. R. §. 5. p. 707. R. §. 25. [BEKK. vulg. retinuit.]

§. 24. *Τὸ σῶμα αὐτῶν μὴ αἴτιόν ἐστι κ. τ. λ.* De hisce, quae obscura judicavit Reiskius et emendare conatus est, Luzacii sententiam ipsius verbis exponam. „Haec obscura esse et tautologiae similia, quin glaucoma sophisticum, vere judicat Reiskius: sed levi mutatione hae nubes, nisi fallor, dispellentur: μὴ αἴτιον transeat in vocem Atticam, et a Budaeo ac Stephano tractatam μεταίτιον, contrariae plane significationis, hoc modo: εἰ γὰρ ὅσα οἱ ἄνθρωποι γνώμῃ ἁμαρτάνουσι, τὸ σῶμα αὐτῶν ΜΕΤΑΙΤΙΟΝ ἐστὶν, ὁμοῦ (vel melius ὁμῶς) τὸ μὲν σῶμα τυγχάνει τοῦτ' ἀναίτιον κ. τ. λ. Tunc est antapodosis et idonea inter duo periodi membra oppositio: μεταίτιον — ἀναίτιον. *Etenim, si quodcumque homines animo conceptum crimen perpetrant, corpus eorum illius criminis particeps est ac culpae consors poenam patitur, ita pariter, ab altera parte, corpus illud extra crimen poenamque esse debet, quod omni culpa vacat et ab accusatione remotum est, cujus autem mens a priore mente mutata est et plane alia.* Nimirum pristinos mores pristinumque animum jam abjurabat Andocides; indeque efficiebat, cum non nisi mente peccasset, corpus etiam suum nunc extra poenam esse debere." *) 203

§. 26. *Ὁ τοῦ ἐμοῦ πατρὸς πρόπαππος Λεωγόρας.* Ad haec Valck., consentiens cum iis, quae Cap. I. monuimus, scripserat. „Legendum πάππος. Leogoras ille ipsius erat Andocidis πρόπαππος, quod vel e nomine liquet, sed manifestum est e p. 14. v. 22. στρατηγοῦντος Λεωγόρου τοῦ προπάππου τοῦ ἐμοῦ." [Vide A. G. BECKERUM ad h. l.]

Ibid. fin. *Ὥστ' ἐμοί γε καὶ διὰ τὰ τῶν προγόνων ἔργα εἰκότως ὑπάρχει δημοτικῷ εἶναι, εἴπερ τι ἄλλο νῦν γε φρονῶν τυγχάνω.* Luzacius legit: εἰκότως ὑπάρχον δημοτικῷ εἶναι, εἴπερ τι ἄλλοτε, νῦν γε φρονῶν τυγχάνω. „Sic

*) BEKK. vulg. habet, quam bene A. G. BECKER. interpretatus est. De χάριν φέρειν vide PFLUGK. ad Medeam p. 43.

,, *νῦν γε*, inquit, habet, cui opponatur *ἄλλοτε*, quod
,, omnino requiritur. *Ita ut, quum ad me, propter ma-*
,, *jorum facinora, omnino probabiliter pertineat popu-*
,, *larem esse, si alio tempore aliter fortassis senserim,*
,, *nunc certe* (a priore mente mutatus) *sic sentio.*" *)

§. 28. Verbum ultimum Orationis *γένησθε* mutari malim in *γενέσθαι*, quia, aeque ac praecedens *ποιῆσαι*, rectius videtur pendere a *βουλοίμην*, quam absolute dici. Recte BEKK. retinuit *γένησθε*, vide A. G. BECK. ad h. l.

---

204 CAPUT DECIMUM.

Andocidis Oratio de Pace, *ab aliis spuria judicata, germana visa Valckenaerio. Posteriores Andocidis locum expresserunt.* Πηγαί. Εἰρήνην λαβεῖν *et* ἄγειν. Ποιεῖσθαι τὴν νίκην. Τοτὲ *substantivis jungitur.* Κινεῖν τὸν θυμόν.

Non germanam Andocidis esse hanc Orationem, prae-
ter Dionysium Halicarnasseum, Auctore *Argumenti* teste,
judicarunt etiam alii, aut saltem dubitarunt, an vere es-
set ab Andocide conscripta: HARP., qui ter eam laudat,
semper addit *εἰ γνήσιος*: TIB. HEMST. *ad Aristophanis*
Plutum p. 474. „Andocides, inquit, seu verus sit, si-
,, ve ficto nomine suppositus, in initio *περὶ τῆς πρὸς*
,, *Λακεδαιμονίους εἰρήνης*. Additque illum et Aeschi-
,, nem prope finem Orationis *de male obita Legatione*,
,, (p. 51. §. 172.) verbis scripsisse tam similibus, ut
,, alter ab altero fuisse mutuatus videatur." *Andocides,*
seu quis alius Orator de Pace cum Lacedaemoniis, te-
205 stis citatur a MARKL. *ad Lysiam* p. 477. v. 7. et *Pseu-*
do-Andocidem fere verbatim Aeschinéa transscripsisse,
in Orationem suam π. τ. π. Λακ. Εἰρήνης, idem ait *ad*

---

*) Cum LUZACIO facit A. G. BECKER. Sed scribendum est C. I. BEKKERO ἀλλά. Vide FOERTSCHII Observatt. p. 3.

l. l. Aeschinis: TAYL. suo more non dubiam sibi visus censuram agere *Lect. Lys.* c. 6. p. 693. Sophistae Orationem esse statuit, qui iisdem per omnia paene verbis locum emendicarit, ex fine Orationis Aeschinéae *de ementita legatione*, descriptis, uti fit, perperam quae hujus erant. Valckenaerio contra accurate lecta Andocidis esse videbatur; *idem*, inquit, *ingenium*, *idem elucet scribendi color*. Etiam WESSEL. *ad Diod. Sic.* L. XII. c. 8. et RUHNK. in *Histor. Crit. Orat. Gr.* p. 52. exscriptum ab Aeschine censent Andocidem. Sic LYSIAM in Or. *de Bonis Aristophanis* descripsisse Andocidéam *de Mysteriis* Orationem, ipse animadvertit TAYL. *Lect. Lys.* p. 678. Ita de Lysia atque Isocrate saepe V. D. dubitant, uter utrum expresserit; et Isocrates quidem, negans se umquam alienos pannos adsumsisse, non vereri se ait, sua ipsum dicta repetere, „ὁρῶν τοὺς ἄλλους τοῖς ἐμοῖς χρωμένους," *ad Philipp.* p. 101. §. 94. Nihil igitur mirum, si posterior aetate Aeschines vetustioris Andocidis loco sit usus; neque ea satis idonea causa est, cur Andocidéam a Sophista conscriptam judicemus. Quod si in historicis erret Orator, haud magis id eo valet, ut 206
Andocidi Oratio abjudicetur, qui alibi etiam historica confundit. Quod vero eadem Aeschines brevius, longius Andocides dicit, id maxime contra Taylorum facere videtur; magis enim is, qui exscribit, contrahere priorum dicta, quam stilo augere solet. Igitur, si Aeschines lacinia Andocidea non potuisse uti videatur, magis in illam propendebat sententiam Valck., ut eam Aeschineae Orationi ab alio adsutam arbitraretur. Quod si Andocides historica confuderit, haud insolitum illud fuisse Oratoribus Atticis animadvertebat, cum et Caecilius a SUIDA v. Καικίλιος scripsisse dicatur περὶ τῶν καθ' ἱστορίαν ἢ παρ' ἱστορίαν εἰρημένων τοῖς ῥήτορσι. Praecipuus autem Oratoris error est, quod Miltiadem laudaverit pacis cum Lacedaemone auctorem, qui non Miltiades fuit, sed Cimon, uti praeter alios ex CORN. NEP. in *Vita Cim.* c. 3. apparet. Denique, uti in concione populi ab Andocide habitam putabat, sic pacem intelligi suspicabatur, quae prima fuit post muros dejectos, de qua conf. XENOPH. *Hell.* L. V. p. 321. seq. edit. Steph. Pleraque, quae sequuntur, historica recte sese habere judicabat Valck., ex Thucydide et Diod. Siculo probanda. Hocce viri summi judicium, quicumque Orationem diligenter legerit, probaturum arbitror: equidem re bene per- 207
pensa, quum antea contra sentirem, his rationibus in

Valckenaerii sententiam sum pertractus. [Cf. A. G. BECKER. p. 231. — 276.]

§. 2. fin. Χρὴ γάρ, ὦ Ἀθηναῖοι, τεκμηρίοις χρῆσθαι τοῖς πρότερον γενομένοις περὶ τῶν μελλόντων ἔσεσθαι. Prudentissimum hoc praeceptum, quod paullo diversis verbis infra bis repetit §. 29. et §. 32. et aliis imitatione et Patribus Ecclesiae laude dignum visum est. CLEM. ALEX. *Strom.* L. VI. p. 747. postquam similia duo Euripidis loca laudavit, hinc expressa ait verba Hyperidis: ἃ δ' ἐστὶν ἀφανῆ, ἀνάγκη τοὺς διδάσκοντας τεκμηρίοις καὶ τοῖς εἰκόσι ζητεῖν. Deinde addit: Ἰσοκράτους τε αὖ εἰπόντος, Δεῖ δὲ τὰ μέλλοντα τοῖς προγεγενημένοις τεκμαίρεσθαι· Ἀνδοκίδης οὐκ ὀκνεῖ λέγειν, Χρὴ γὰρ τεκμηρίοις χρῆσθαι τοῖς πρότερον γενομένοις περὶ τῶν μελλόντων ἔσεσθαι· quasi Andocides ex Isocrate, non hic ex illo, sua hauserit: forte et scriptor ille, quem compilavit Clemens, spuriam Orationem *de Pace* habuit, nisi inverso ordine verba illius descripserit Clemens. Ex hoc autem, quemadmodum et ex Eusebio et Cyrillo Alexandrino, sua congessit THEODORET. *Serm.* VI. p. 581. A. (p. 102. v. 6. edit. Sylb.) qui et Andocidis locum ita descripsit: Χρὴ τεκμηρίοις κεχρῆσθαι τοῖς προγεγενημένοις περὶ τῶν μελλόντων. Locus, quem illi ci-
208 tant, ISOCR. exstat in *Panegyrico* p. 70. §. 141. ubi tamen exempla edita non habent τοῖς προγεγενημένοις, sed τοῖς γεγενημένοις. Similiter locum Andocidis expressit LYS. de affect. tyr. §. 23. Χρὴ τοίνυν — τοῖς πρότερον γεγενημένοις παραδείγμασι χρωμένους, βουλεύεσθαι περὶ τῶν μελλόντων ἔσεσθαι. Ante reliquos autem idem jam dixerat SOPHOCLES in *Oed. Tyr.* v. 915.

—— —— οὐδ', ὁποῖ' ἀνὴρ
Ἔννους, τὰ καινὰ τοῖς πάλαι τεκμαίρεται.

§. 3. Πηγάς HARP. ex h. l. citans dicit esse τόπον ἐν Μεγάροις, auctore Hellanico. Pegas simul cum Megaris in Atheniensium fuisse potestate, et THUC. auctore constat L. I. c. 103. (ad q. l. Scholiasta dicit fuisse ἐμπόριον πλησίον Μεγάρων) c. 107. et c. 111. [cf. Sickleri Geogr. Antiq. T. II. p. 84.]

§. 7. Ἐν τούτοις τοῖς ἔτεσιν εἰρήνην λαβόντες ἀνηνέγκαμεν χίλια τάλαντα εἰς τὴν ἀκρόπολιν. „Illa „Reiskii conjectura (ait Luzacius) ut εἰρήνην in Αἰγίνην mutetur, nihili est: caeterum me non offendit locutio ἐν τούτοις τοῖς ἔτεσιν εἰρήνην λαβόντες, *cum* „*per istos annos pacem accepissemus acceptamque ser-*

„ *vassemus*, seu *pace accepta fruiti fuissemus.*" Altera Reiskii conjectura εἰρήνην ἄγοντες priori illa majorem habet speciem, maxime propter locum AESCHIN., qui 209
et ipse dicit p. 51. v. 20. εἰρήνην ἔτη τριάκοντα ἠγάγομεν: tum quia dictio εἰρήνην ἄγειν passim est obvia, et in hac quidem Oratione saepius occurrit, ut §. 20. §. 29. et §. 40. Vid. et ISOCR. *Panegyr.* p. 62. §. 106. p. 77. §. 173. *Areopag.* p. 140. [ubi vide BENSELER. p. 91. seqq.] et alibi: sic et σπονδὰς ἄγειν infra dicitur §. 22.

Ibid. Νεωσοίκους ex h. l. citant HARP. et SUID., ad verbum eandem repetentes notam, quae ut ULPIANI exstat *ad Demosthenem de Cherrhoneso* p. 60. §. 55.

§. 10. Οὐκοῦν ἀποδέδεικται, καὶ οὐδεὶς ἐξελέγχει με, ὡς οὐκ ἔστι ταῦτα ἀληθῆ. Malim καὶ οὐδεὶς ἐξελέγξει με, ut supra §. 4. et §. 6. οὐδεὶς ἀποδείξει. Modo legi oportuisse ἄλλο τι ἢ τοῦτο monui Cap. VII. [Et sic BEKK. c. ABZ, qui tamen ἐξελέγχει retinet.]

§. 11. Cum hoc loco de discrimine εἰρήνης et σπονδῶν Luzacius confert ISOCRATEM in *Archidamo* p. 126. §. 51. χρὴ τοὺς βουλομένους ἐλευθέρους εἶναι τὰς μὲν ἐκ τῶν ἐπιταγμάτων συνθήκας φεύγειν ὡς ἐγγὺς δουλείας οὔσας, ποιεῖσθαι δὲ τὰς διαλλαγάς, ὅταν ἢ περιγένωνται τῶν ἐχθρῶν ἢ τὴν αὐτῶν δύναμιν ἐξισώσωσι τῇ τῶν πολεμίων· ὡς τοιαύτην ἕκαστοι τὴν εἰρήνην ἕξουσιν, οἵανπερ ἂν τοῦ πολέμου ποιήσωνται τὴν διάλυσιν. *)

§. 15. Τὰ ἐγκτήματα, quod vitioso ἐγκλήματα sub- 210
stituit Reiskius, jam ante hunc emendavit VALCKEN., suamque conjecturam proposuit *ad Herod.* p. 382. 19. *b.* [Lib. V. 23. cf. BORNEMANN. ad Xenoph. Conv. IV. §. 31. p. 128. BEKKERI Anecdota T. I. p. 251. coll. p. 260.]

§. 18. Νενικήκασι γὰρ τρὶς ἤδη μαχόμενοι· τότε μὲν ἐν Κορίνθῳ πάντας πανδημεὶ τοὺς συμμάχους παρόντας, οὐχ ὑπολιπόντες πρόφασιν οὐδεμίαν, ἀλλ' ἐν τῷ κρατιστεύειν μόνοι πάντων· αὖθις δὲ Βοιωτούς, ὅτ' αὐτῶν Ἀγησίλαος ἡγεῖτο, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ὅτε τὴν νίκην ἐποιήσαντο. Locum, quem a Reiskio frustra tentatum quasi desperatum equidem reliqueram, facili emen-

---

*) In verbis τὴν μὲν εἰρήνην σωτηρίαν εἶναι τῷ δήμῳ καὶ δύναμιν τὸν δὲ πόλεμον δήπου κατάλυσιν (§. 12.) valde mihi placet CANTERI (apud STURZII Hell. p. 200.) conjectura δήμου pro δήπου.

datione expedivit Luzacius. „Vide, inquit, an locus sa„natus sit simplici hac mea emendatione: οὐχ ὑπολι„πόντες πρόφασιν οὐδεμίαν, ἀλλ᾽ ἢ τὸ κρατιστεύειν μό„νοι (vel μόνους) πάντων. *Primum apud Corinthum „omnes omnino socios foederatosque, qui aderant, uni„verse sic devicerunt, ut nullam iis relinquerent excu„sationem, nisi solos Lacedaemonios omnibus praesta„re.*“ Sequentia sic fortasse non prorsus inepte scribantur: αὖθις δὲ Βοιωτοὺς, ὅτ᾽ αὐτῶν Ἀγησίλαος ἡγεῖτο· τὸν αὐτὸν τρόπον δὲ καὶ τότε τὴν νίκην ἐποιήσαντο. Dictionem τὴν νίκην ποιεῖσθαι, qua nonnihil offenditur Reiskius, quamquam aliquanto insolentiorem, loco tamen movendam non arbitror, cum verbum ποιεῖσθαι simili structura et notione sit usitatum. §. 37. τὴν ὀργὴν
211 ἐποιησάμεθα τῶν ἀγαθῶν. Ita ποιεῖσθαι μάχην est μάχεσθαι· ποιεῖσθαι ἀγῶνα: ἀγωνίζεσθαι· ποιεῖσθαι λόγον: λέγειν· et ποιεῖσθαι δίκην, apud DEMOSTH. c. *Boeotum* p. 1018. R. §. 33. Animadvertit porro Valckenaerius: „Ea, quae hic Andocides narrat de tribus La„cedaemoniorum hoc bello reportatis victoriis, vera esse „et gesta tempore florentis Andocidae; descripta autem „a XENOPH. L. IV. p. 402. v. 19. secundam victo„riam ad Coroneam, duce Agesilao p. 404. tertiam du„ce Praxita p. 406.“ *)

§. 22. *Καὶ τὴν στήλην εὑρόμενοι παρ᾽ αὐτῶν στῆσαι.* De hoc loco quid sentiret, monuit me Luzacius: „Istud εὑρόμενοι et Valckenaerio vitiosum fuit visum et

---

*) A. G. BECKER. C. SLUITERO facit et jure mihi quoque SLUIT. scripsisse videtur καὶ τότε pro vulg. καὶ ὅτι, quam BEKK. retinuit; sed non scribi debebat ἀλλ᾽ ἢ ἐν τῷ κρατιστεύειν. Nam etsi ἀλλ᾽ ἢ usitatissimum est post negantem sententiam (vide WURMII Commentar. p. 70. seqq. et BREMII Excurs. V. ad Isocr.) minime tamen loci rari sunt, ubi sola particula ἀλλὰ posita est, ubi cave putes ἢ omissum. Immo ἀλλὰ tum quoque propriam suam vim retineat necesse est. Nimirum si comparativus praecedit aut enunciatio, quae comparativam habet vim, ab ea non pendet ἀλλὰ, sed a negatione, quae sive clarius, sive obscurius in antecedentibus latet. Isaeus de Nicostrati hered. §. 4. οὐδὲν ἂν ἴδοι ὑμᾶς σκέψασθαι, ἀλλ᾽ εἴ τι διέθετο, ubi SCHOEM. p. 271. male haec „h. e. πλὴν v. ἢ εἰ quemadmodum saepius ἀλλὰ ponitur post οὐδὲν ἄλλο.“ Demosth. c. Macart. p. 1067. R. §. 53. καὶ πρόφασιν οὐδεμίαν δίδωσιν, ἀλλ᾽ ἐξ ἀνάγκης δεῖ ποιεῖν. — Vide C. F. A. FRITZSCHIUM in Dissertat. de nonnullis Pauli ad Corinth. epistolae locis p. 11 — 15. et NITZSCH. ad Plat. Jon. p. 73. seqq. — Pro τὴν νίκην ἐποιήσαντο fortasse scribi potest: τὴν ἐκεῖ (intell. μάχην) ἐποιήσαντο.

,, mihi videtur. Emendatio certa haud suppetit. ,,An
,, ,, *ἐφιέμενοι* (inquit Valckenaerius) *laeti admittentes*
,, ,, *columnam, quam vellent, erigere*, cui scilicet pacis
,, ,, inscriptae essent conditiones, paulo ante imperium
,, ,, *τῶν τριάκοντα*. An et *στῆναι* scribendum?" Ego
,, cogitaveram, an posset reponi *αἱρούμενοι* — *cumque*
,, *ipsi sponte nostra* (nempe a Theramene ac sociis pro-
,, diti) *hanc conditionem elegissemus, ut columna eri-*
,, *geretur*: — conditiones datae pacis habet XENOPH.
,, p. 270. v. 10. nihil de columna: ANDOC. §. 12.
,, *σπονδὰς* vocat *κατ' ἀνάγκην ἐξ ἐπιταγμάτων*: ibid. 212
,, memorans columnam et acerbas huic inscriptas con-
,, ditiones." [At vide A. G. BECKER.]

Ibid. *Εἶτα δὲ συμμαχίαν ποιησάμενοι, Βοιωτοὺς καὶ Κορινθίους ἀποστήσαντες αὐτῶν, Ἀργείους δὲ ἀγαγόντες εἰς τὴν πότε φιλίαν, αἴτιοι τῆς ἐν Κορίνθῳ μάχης ἐγενόμεθα αὐτοῖς*. Sententiam suis numeris non esse absolutam vidit Reiskius, et legendum putat *εἰς τὴν ἀπευκτὴν πότε φιλίαν*: *Argivos cum adduxissemus ad amicitiam olim aliquando diris carminibus ejuratam.* Verum id quantum scio numquam fuit factum. Contra Atheniensium magni intererat Argivos habere amicos et socios, qui Lacedaemoniis hostibus suis infestissimis vicini plurimum damni adferre possent: hac ductus ratione in contrariam incidi opinionem, ac suspicatus sum excidisse v. *εὐκτὴν*, cum verba *ΕΥΚΤΗΝ* et *ΕΙΣ ΤΗΝ* simillimis literarum ductibus scribantur. Tum vero legendum: *Ἀργείους δὲ ἀγαγόντες εἰς εὐκτὴν τότε φιλίαν*: *quum Argivos adduxissemus ad optatam eo tempore societatem.* Luzacio minori etiam mutatione opus esse videbatur: ,,Quid si, inquit, mutato *πότε* in *τότε* simpli-
,, citer legamus *ἀγαγόντες εἰς τὴν τότε φιλίαν*, hoc sen-
,, su: *deinde inito cum sociis foedere, Boeotis atque*
,, *Corinthiis ad defectionem sollicitatis, Argivis autem*
,, *pene invitis in istam, quae tunc contracta est, amici-*
,, *tiam impulsis, auctores illis fuimus pugnae, quae ad* 213
,, *Corinthum commissa est.* Mihi nulla emendatione
,, opus videtur, nisi ut *Π* transeat in *T*. *Τότε* sic de
,, rebus, quae pridem fuerunt, saepe substantivo junctum
,, adhibetur: PALAEPH. c. 3. *οἱ τότε ἄνθρωποι*· sic
,, etiam c. 24. 25. et alibi: HERACL. PONT. *Allegor.*
,, *Homer*, p. 451. *σπάνιος ἦν σίδηρος ἐν τῷ τότε πά-*
,, *λαι χρόνῳ*. Vid. MARKL. *ad Lysiam* p. 254. v. ult."*)

*) F. OSANNUS l. l. p. 705. scripsit *πρότερον*, idque probat A. G. BECKER. Sed jure J. BEKKER vulg. retinuit. Vide BERNH. Syntax. p. 323.

§. 23. *Ποίαν τιν' οὖν χρὴ εἰρήνην πρεσβεύοντας ἥκειν; οὐ ταῦτα παρὰ τῶν πολεμίων εὑρόμενοις, ἅπερ οἱ φίλοι διδόασι κ. τ. λ.* Reiskius *de suo dedit εὑρομένους ob praemissum πρεσβεύοντας.* Mihi visa est sententia postulare, ut scribatur *εὑρόμεθα: nonne ea ab hostibus impetravimus, quae nobis amici concedunt, quorumque causa bellum susceptum est?* Saepius indicativus et participium in MSS. permutantur: uti et apud EURIP. factum est in *Troadibus* v. 166. teste ad i. l. MUSGR. *)

§. 26. *Μὴ βοηθούντων οὖν ἡμῶν, οὐδὲ λόγος ὑπολείπεται μὴ οὐκ ἀδικεῖν Ἀργείους, καὶ ποιεῖν ὁποῖον ἄν τι βούλωνται δικαίως.* Sensit hujus loci difficultatem Reiskius, neque expedivit explicando et *subaudiendo*: quomodocumque exponas, semper te torquebis. Unum vero vocabulum si suo loco reposuerimus, plana, ut opi-
214 nor, erunt omnia et aperta. Scribendum nempe — *μὴ οὐκ ἀδικεῖν, καὶ ποιεῖν Ἀργείους ὁποῖον ἄν τι βούλωνται δικαίως: nulla ratione dicere poterimus, nos injuriam non facere, illos vero non jure agere, quidquid velint.* **)

§. 29. *Ταῦτα Ἀμόργῃ πειθόμενοι.* Aut cum Reiskio legendum est *μετὰ ταῦτα*, aut *εἶτα Ἀμόργῃ πειθόμενοι.* ***)

Ibid. *Ἀνθ' ὧν βασιλεὺς ὀργισθεὶς ἡμῖν, σύμμαχος γενόμενος Λακεδαιμονίοις, παρέσχεν αὐτοῖς εἰς τὸν πόλεμον πεντακισχίλια τάλαντα, ἕως κατέλυσεν ἡμῶν τὴν*

---

*) At vide A. G. BECKER. ad h. l. Cod. Z habet *εὑρομένοις.* — Quod legimus §. 24. *περὶ ὧν ἂν — προσκαλοῦνται,* merito REISK. offendebat. Quare scripsit *νῦν*, quod haut spernendum putat A. G. BECKER. Sed facilius cum HERMANNO [Opusc. T. IV. p. 39.] scripseris: *περὶ ὧν αὖ.* Pro *προσκαλοῦνται* habet Cod. Z *προκαλοῦνται.* „Neutrum falsum; inquit Osannus ll. p. 705. etsi h. lectio (*προκ.*) propterea quod exquisitioris delectus est altera praestare videtur. Demosth. in Mid. p. 586. R. §. 226. *προυκαλεῖσθε ἐπὶ τιμωρίαν τὸν παθόντα.* Proprie h. vox de iis dicitur, qui aliquem ad opem sibi ferendam evocant. *Προκαλεῖσθαι* est nostrum aufrufen; contra *προσκαλεῖσθαι* anrufen." —

**) Vulgatam jure retinuit BEKK., qui c. ABZ *μὲν* ante *οὖν* recepit. Cod. Z omittit vocab. *Ἀργείους.*

***) Vulgata bene sese habet. *Ταῦτα* pertinet ad *ἀντιβαλλόμεθα* et explicationis caussa additum est *τὴν βασιλέως δύναμιν.*

δύναμιν. Num igitur Rex quinquies mille talenta quotannis dedit Lacedaemoniis, donec ipse potestatem Atheniensium everteret? Minime vero: sed stipendia iis praebuit, quibus belli onera facilius sustinerent: haec autem pecunia, secundum rationes Andocidis, quinquies mille talentorum summam faciebat, qua Lacedaemonii adversus Athenienses usi sunt, cujusque ope potentiam eorum fregerunt, ipsamque urbem ceperunt, ac Triginta Tyrannis civitatem administrandam commiserunt. Haec me ratio duxit ad suspicandum ἕως κατέλυσεν corruptum esse ex οἷς κατέλυσαν, atque ita rescribendum. *) De Amorge Pissuthni filio notho vide THUC. L. VIII. c. 5. c. 29. foedera cum Rege a Lacedaemoniis inita, ibid. c. 18. c. 37. et 58.

§. 30. *Αἰσχρῶς διεκομίσθησαν οἱ σωθέντες αὐτῶν.* 215
Malim ἀπεκομίσθησαν, si in Codice aliquo inveniatur. Mox §. 31. pro ἐκτεῖναι τὸν θυμὸν scribendum potius videtur κινεῖν αὐτῶν τὸν θυμόν, quam, quod Reiskius voluit, ἐκείνων vel ἐκείνοις κινεῖν τὸν θυμόν, quia propius illud ad scripturam vulgatam accedit. *Κινεῖν excitandae* irae notionem recipit: ARIST. *Vespis* v. 402.

Εἰπέ μοι, τί μέλλομεν κινεῖν ἐκείνην τὴν χολήν;

Av. v. 1238.

Ὦ μῶρε, μῶρε, μὴ θεῶν κίνει φρένας
Δεινάς.

DEMOSTH. *in Mid.* p. 537. R. §. 72. *ταῦτα κινεῖ, ταῦτα ἐξίστησιν ἀνθρώπους αὐτῶν.* **)

§. 32. *Κορινθίων δὲ τοὺς νῦν ἔχοντας τὴν πόλιν* (*ἑλέσθαι*) *ἀντὶ Λακεδαιμονίων.* Ne quis Reiskii auctoritate, legentis τοὺς νῦν οὐδ' ἔχοντας, vel τοὺς νῦν ἔρημον ἔχοντας τὴν πόλιν, imponi sibi patiatur, monendum, Andocidem prudenter et callide ita dicere, non simpliciter τοὺς Κορινθίους. Erant enim Corinthi duae factiones, quarum altera Atheniensibus, altera Lacedaemoniis favebat. Tempore habitae hujus Orationis superiores

---

*) SLUITERI emendationem minime necessariam esse docet A. G. BECKER., quem vide quoque de Amorge disputantem.

**) BEKK. c. omnibus Codd. διεκομίσθησαν; idem quoque ἐκτεῖναι habet, quod defendi potest iis, quae NEUIUS ad Soph. O. T. v. 153. p. 210. affert.

Quae narrat PLUT. p. 195. B. C. de uxore Alcibiadis Hippareta hujusque patre Hipponico et fratre Callia ab Alcibiade male habitis, quamquam in nonnullis ab iis, quae refert ANDOC. §. 8. et seq. discrepantia, ita tamen aliis partibus et rebus et verbis ipsis cum Andocidéis congruunt, ut vix negare possis, hunc eum ob oculos habuisse; quod, quicunque hunc cum illo contulerit, facile viderit. Deinde illa etiam, quae brevius
219 p. 199. B. a Plutarcho relata reperimus, de pictore Agatharcho, quem Alcibiades coëgit domum suam pictura ornare, de Taurea illi *ἀντιχωρηγοῦντι*, de serva Melia ab Alcibiade compressa, quum latius et Oratorum more magis exaggerata ab Andocide prodita inveniamus, §. 17. seqq. §. 20. seqq. §. 22. seqq. ex hoc excerpta non dicamus? Bigas Diomedi abstulit, quibus is ad Olympicum certamen uti volebat, iisque ipse in illo certamine usus est Alcibiades. Id parum diversa ratione Andocides §. 26. Plut. p. 196. C. et D. memoriae prodiderunt. Quanto autem vel in honore vel timori fuerit sociis civitatibus, liquet ex donis, quae ipsi Elin eunti praebuerunt, quae eadem recensent Andocides §. 30. Plutarchus p. 196. C. Haec qui videat, et Oratorem cum Biographo comparet, vel opinetur necesse est, lectam a Plutarcho fuisse Andocidis Orationem, vel, id si minus probet, in eam incidat cogitationem, hic item Rhetoris fraudem latere, qui sua ex eodem, quo Plutarchus, horreo depromserit.

§. 2. *Ὧν τῶν ἀγαθῶν εἷς ἐγὼ* caet. Ante Reiskium verba *τῶν ἀγαθῶν* ab alio adscripta censuerat Valckenaerius. *)

§. 3. *Οὔτε κατηγορίας γενομένης, οὔτε ἀπολογίας*
220 *ἀποδοθείσης.* Dictionem *ἀποδιδόναι ἀπολογίαν* alibi me videre non memini, neque illa notat, *dare depulsionis facultatem* sed *reddere ademtam.* Contra *διδόναι ἀπολογίαν* illa notione est apud scriptores Atticos, maxime Oratores, frequentissimum [cf. SCHOEM. Ord. Jud. p. 706. n. 10.]; huic item loco, ut opinor, ita reddendum, *οὔτε ἀπολογίας δοθείσης.* Repetiit nempe librarius praepositionem *ἀπὸ* e praecedenti *ἀπολογίας*, qui est in veterum libris innumerabilium fons mendorum. [Uterque BEKK. vulg. retinuit.]

§. 5. *Καὶ τῇδε τῇ πόλει οὐδὲν ἧττον ἐπιβουλεύ-*

---

*) Quod I. BEKK. quoque putat; A. G. BECKER. verba omnibus firmata libris retinuit.

σει, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον δικαιότερον ἢ πρὶν ἐκβληθῆναι. Necessaria mihi non videtur Reiskii mutatio, καὶ μᾶλλον καὶ δικαιότερον, quamquam non inepte excogitata: saepissime enim μᾶλλον comparativo jungitur. Infra §. 25. fin. ἐξ αὐτῶν δὲ τούτων ἀποδείξω αὐτὸν ἐπιτηδειότερον τεθνάναι μᾶλλον ἢ σώζεσθαι· ubi male Reiskius superlativum ἐπιτηδειότατον substitui vult. ARIST. in *Vesp.* v. 477.

Νὴ Δί᾽ ἤ μοι κρεῖττον ἐκστῆναι τοπαράπαν τοῦ πατρός
Μᾶλλον ἢ κακοῖς τοσούτοις ναυμαχεῖν ὁσημέραι.

Eccles. v. 1123.

Τίς γὰρ γένοιτ᾽ ἂν μᾶλλον ὀλβιώτερος;

ISOCR. *Archidamo* p. 138. §. 109. πολὺ γὰρ μᾶλλον κρεῖττον caet.: *de Permut.* p. 317. §. 36. πολὺ ἂν μᾶλ- 221
λον δικαιότερον ἐπιεικὴς εἶναι δοκοίην, ἢ ζημιωθείην.*)

§. 6. fin. *Καίτοι ταῦτα διέγνωσται ἄριστα τῶν δογμάτων, ἃ καὶ τοῖς πολλοῖς καὶ τοῖς ὀλίγοις ἁρμόττοντα μάλιστα τυγχάνει, καὶ πλείστους ἐπιθυμητὰς ἔχει.* Vir Doctus in margine Aldinae pro ἐπιθυμητὰς adscripserat ἔτι μιμητάς: quod sive e Codice MS. sive ex illius ingenio fluxerit, mihi quidem vulgata lectione proba et germana deterius videtur. Nam, si illud verum esset, scribi oportuerat ἔτι δὲ καὶ πλείστους μιμητὰς ἔχει. Et magis etiam indoli Linguae Graecae convenit νόμον dici ἐπιθυμητὰς ἔχειν, quam μιμητάς. Dicitur quidem paullo ante οὐδεμία τῶν ἄλλων πόλεων ἐθέλει μιμήσασθαι;

*) Priora hujus §. verba BEKK. c. omnibus Codd. sic habet: ἔτι δ᾽ εἴ τις διὰ τοῦτο μεθίσταται ὅτι πολίτης ἐστίν: quae tamen vix aptum praebent sensum, quidquid obloquitur A. G. BECKERUS. Verborum nexus talem potius requirere videtur sensum: *Etenim si civis propterea ejicitur, quod malus est civis* (id docent verba πόλιν διαφθερεῖ κτλ.), *tantum abest, ut ea poena corrigatur, ut potius depravetur, ita ut nihil emolumenti, ubi redierit in patriam, patriae evadat.* Quod quum intelligerent Interprett., alius aliud protulit. REISK. addere voluit κακός, quod etsi BEKK. non recepit, videtur tamen haud improbasse, quum commemoraret. FOERTSCH. in Observatt. p. 9. scripsit: ὅτι πολίτης ἐστὶ τοιοῦτος, οὗτος, quod improbavit Censor Jenens. (1831. Octobr. p. 121.), qui sat facillima mutatione scripsit ἀπολίτης. De ὅπου —— ταυτὴν vide WUND. ad Soph. Philoct. v. 451. cf. Aesch. in Tim. §. 22.

(quod ipsum in errorem induxit mutationis auctorem) sed intelligendum est ἡμᾶς, non τὸν νόμον μιμήσασθαι. Latius tamen hoc ab Oratore extenditur. Nam et Petalismus Syracusanorum Ostracismo Atheniensium fuit simillimus, et alias Graecas civitates exemplo Atheniensium similibus institutis usas, docuit I. A. PARADYS in *Dissertatione*, quam Praeside Io. Luzacio, Viro Clar. publice defendit, *de Ostracismo Atheniensium* c. 1. §. 5. [cf. A. G. BECKER.] — In iis, quae mox sequuntur, interpunctionem eadem, qua Reiskius, ratione mutavit Valckenaerius, scribens: — λέγειν. πάντως οὐδὲν γὰρ ἂν πλεῖον ποιήσωμεν. [J. BEKK. post πάντως interpunxit et c. ABZ recepit διέγνωσται.]

222 §. 7. *Δέομαι δ' ὑμῶν, τῶν λόγων ἴσους καὶ κοινοὺς ἡμῖν ἐπιστάτας γενέσθαι, καὶ πάντας ἄρχοντας περὶ τούτου καταστῆναι.* In interpretatione loci difficillimi, in quo nihil se cernere dicit Reiskius, in quo me non minus coecutiisse lubens fateor, jam aliis lumen lucere faciam, quod mihi de suo lumine accendit Luzacius. Monuit me nimirum Vir Clar. esse hunc locum ex Atticae concionis et judiciorum ratione explicandum. Duplicis enim generis judicia publica fuisse apud Athenienses, vel coram Tribunalibus, vel apud Populum. Quae a Tribunalibus exercerentur, in illis Regem sacrorum fuisse εἰςαγωγέα, si res ad Areopagum pertineret; Polemarchum, si peregrinus, vel inquilinus, aut servus in judicium vocaretur; Archontem Eponymum, si alia res esset privilegiata; Thesmothetarum unum in reliquis causis criminum. Hos Archontas, in suo quemque causarum genere, judicii fuisse moderatores, eodem fere modo, quo apud Anglos duodecim Magni Judices moderatores sunt judiciorum, quae a Paribus juratis habentur. Haec quidem ita fuisse, si causa in aliquo τῶν δικαστηρίων cognosceretur. Sin publica ad Populum accusatio ferretur, vel fortasse etiam ad magnum et populare Heliastarum δικαστήριον, Ἐπιστάτην cum Prytanibus, Senatus Quin-
223 gentorum nomine, solitos εἰςαγαγεῖν τὴν δίκην. At vero, quum populus de Ostracismo suffragia ferret, judicium non fuisse: neque enim propter delictum Ostracismum fuisse decretum, sed propter metum potentiae, nec fuisse *poenam*, sed *cautionem* publicae securitatis causa, ne civitas turbis civilibus vexaretur. Igitur concioni, de Ostracismo testulas ferenti, moderatores adfuisse novem Archontas simul et Senatum cum suo Praeside, sive Epistata, auctore Scholiaste *ad Aristophanis Equites* v. 851. Itaque locum sic interpretatur. *Precor vos et obtestor*,

ut Orationum, quae ad vos hodie habentur, aequi et communes omnibus et extra partes positi arbitri sitis; utque vos omnes in illis dijudicandis Magistratuum ac Moderatorum vice fungamini, sic ut nemo sit vestrum, qui hic sancta Epistatae atque Archontum munera, tanquam si ipse iis ornatus esset, sese implere non existimet. Alludere Andocidem ad officia Epistatae atque Archontum, qui concionem moderabantur, et optare ut unusquisque civium hic se Epistatam atque Archonta, sine studio hujus vel illius, praestet. [cf. A. G. BECKER. ad h. l. et SCHOEMANN. ad Isaeum p. 426.]

§. 10. *Ἀπορῶ πόθεν ἄρξομαι, ἐμποδὼν ἁπάντων ὄντων.* HARP. ait: *Ἐμποδών. Ἀντιφῶν ἐν τῷ περὶ τῆς μεταστάσεως· τοὺς ἐμποδὼν ἐκολάσατε, ἀντὶ τοῦ ἐμπεσόντας, καθὰ καὶ Ἀνδοκίδης ἐν τῷ κατ' Ἀλκιβιάδου,* quae glossa quin huc pertineat dubitari nequit.

§. 12. *Ὥστ' εἴπερ ἡγεῖσθε πολίτην ἀγαθὸν Ἀριστείδην καὶ δίκαιον γεγονέναι, τοῦτον προσήκει κάκιστον νομίζειν, ὡς τἀναντία περὶ τῶν πόλεων ἐκείνῳ γινώσκοντα.* Oratorem credo, si ita scripsisset, ipsum fuisse sensurum, argumento se uti sophistico et exigui momenti. Neque enim, si Alcibiadis de sociarum civitatium tributo sententia ab Aristidis ratione abhorreret, continuo Alcibiades malus civis erat dicendus. Probabilius autem mihi videtur, librarium sociarum civitatium mentione in errorem inductum numerum mutasse et scripsisse *τῶν πόλεων*, quum in antiquo exemplari scriptum exstaret *τῆς πόλεως*. Ita quidem si statuamus, multo major erit argumenti vis. *Si bonus civis fuit Aristides, malus habendus erit Alcibiades, quippe qui de republica contraria sentiat.* Tributum illud ab Aristide sociis civitatibus imperatum, quod 224

Τὸν ἔρανον τὸν λεγόμενον παππῷον ἐκ τῶν Μηδικῶν

vocat ARISTOPH. *Lysistrata* v. 654. auctoribus THUCYDIDE L. I. c. 96. PLUTARCHO in *Aristide* p. 333. D. NEPOTE in *Aristide* c. 3. et SUIDA v. *Ἑλληνοταμίαι*, fuit in universum Quadringentorum sexaginta talentorum. Conf. Interpretes Thucydidis et Nepotis d. l. WESSEL. *ad Diodorum Siculum* L. XII. c. 46. p. 440. a. Duplex illud tributum deinde ac postea etiam triplex esse factum Plutarchi d. l. auctoritate confirmatur. [At vide A. G. BECKER]. 225

Ibid. *Δηλώσει δὲ ἡ τῶν συμμάχων ἔχθρα.* — Adscripserat Valcken.: „An *δηλώσεται* futurum medium

„ pro passivo δηλωθήσεται.“ [Bene sese hab. vulg. vide PASSOV. Lex. s. v.]

§. 13. Πολιτείας, ἣν μάλιστα κοινότητα δοκεῖ εὑρῆσθαι. Duplex mihi de hoc loco nata est conjectura, ut vel legendum arbitrarer ἣν μάλιστα διὰ κοινότητα δοκεῖτε ᾑρῆσθαι: vel ἣν μάλιστα κοινότητα δοκεῖ αἱρεῖσθαι, *quae maxime aequalitatem sectari videtur*, et hoc quoque in mentem venerat Valckenaerio [J. BEKK. retinuit εὑρῆσθαι. Caeterum c. AB scripsit ῆ.]. Κοινότητι mox opponitur πλεονεξία καὶ ὑπερηφανία: est autem ea virtus, quam CIC. *de Amicitia* c. 5. *aequalitatem* dicit; quaeque recte explicatur ab ERNESTO in *Clave Cic.* perperam a MANUTIO ad i. l. cum *aequabilitate vitae* permutatur. Eandem notionem ad exemplum Graecorum in lingua Latina acceperunt verba *communis et communitas*. Vid. GRAEV. *ad Cic. ad Div.* IV. 9. *de Senect.* c. 17. Ἡιρέθησαν, quod item *de Pace* §. 6. abierat in εὑρέθησαν, restituit H. STEPH.

§. 14. Τελευτήσαντος Ἱππονίκου στρατηγοῦντος ἐπὶ Δηλίῳ. Valckenaerius notat paullo ante ducem fuisse Hipponicum, auctore THUC. L. III. c. 91.
226 Ἐπὶ Δηλίῳ autem duces fuisse Hippocratem et Demosthenem, quorum ille cum mille Atheniensibus periit. „Absurde, inquit, MEURS. *Att. Lect.* L. III. c. 23. p. „ 150. corrigit Ἱπποκράτους, bis apud Andocidem, etiam „ in iis, ἵνα τὸν οἶκον τοῦ Ἱππονίκου κατάσχῃ. An „ igitur pater Calliae fuit Hippocrates? Dicitur ibidem „ Alcibiades γήμας Hipponici filiam ἐπὶ δέκα ταλάν- „ τοις, atque illo mortuo totidem accepisse; tum λαβὼν „ τοσαύτην προῖκα, ὅσην οὐδεὶς τῶν Ἑλλήνων. Hoc „ miror decem talenta considerari tanquam dotem, quan- „ tam nullus Graecorum acceperit. Certe Graecorum „ omnium Hipponicus ille et erat et ferebatur ditissi- „ mus. Decem talentorum dos et alibi memoratur: „ TERENT. *Andria* A. V. Sc. IV. v. 48. *Dos, Pam-* „ *phile, est decem talenta*: PLAUTUS p. 362. [*Cistell.* „ A. II. Sc. III. v. 19.] *Unde tibi talenta magna vi-* „ *ginti pater det dotis.* Pag. 747. *Quoi decem talenta* „ *dotis detuli.* [Conf *Trucul.* A. IV. Sc. III. v. 71.]. „ Qui ferebantur ditissimi, centum talentis aestimaban- „ tur. Egregia PERIZ. *ad Ael.* p. 670. A. [V. H. L. „ X. c. 17.]. Caeterum, ubi rem narrat PLUT. T. I. „ p. 195. B. C. [vide BAEHR. ad h. l.] dicitur primum „ in dotem accepisse Alcibiades decem talenta, tum ite-
227 „ rum decem cum pareret Hipparete.“ Conf. ISOCR. *de Bigis* p. 353. §. 31.

§. 16. Pro ἀποκαλεῖ probabiliter Luzacius legendum existimat ἀποκαλῶν.

§. 18. Reiskii conjecturae σύμβολοις M. Ald. accedit auctoritas [et Codd. ABZ. vide A. G. BEKK.].

§. 20. Κελεύοντος δὲ τοῦ νόμου τῶν χορευτῶν ἐξάγειν ὃν ἂν τις βούληται ξένον ἀγωνιζόμενον, οὐκ ἐξὸν ἐπιχειρήσαντα κωλύειν. „Attigit hunc locum (Valcke„naerii verba describo) PETITUS (p. 353.) leges ha„bens huc spectantes, e quibus constat, actores pere„regrinos licuisse quidem ludis peractis, vel ante lu„dos, deferre apud Archontem, sed inter agendum non „licuisse interturbare, ne Festi conturbaretur celebritas. „Forte sic Lex fuerit olim concepta: Τῶν χορευτῶν „ἐξάγειν ὃν ἂν τις βούληται ξένον· ἀγωνιζόμενον δ' „οὐκ ἐξὸν ἐπιχειρῆσαι κωλύειν. Ad hanc reliquae Le„ges apud Petitum apte respondebunt. Additur ὃν ἂν „τις βούληται ξένον, quia licebat ἐξάγειν, 1°. ante de„latum apud Archontem, 2°. ignominia notatos et in„fames, — τοὺς ἀτίμους ἐξάγειν ἐκ τῆς ·θυμέλης· „Lex apud PETITUM p. 468. ULPI. (*ad Midianam* „p. 531. R. §. 53.) ἐξῆν τὸν ξένον ἐξάγειν, delatum „apud Archontem. Itaque prorsus contra Leges egit „Alcibiades; nunquam enim licebat βιαίως ἀποσπᾷν 228
„ἀπὸ τοῦ χοροῦ, sed ἐξάγειν, sive κωλύειν, quod pro„prium in hac re verbum. XENOPH. in *Hellen.* p. „349. v. 16. τὸν χορὸν (ἔνδον ὄντα) οὐκ ἐξήγαγον. „Poena in eos, qui alios ἐξεῖργον, est apud DEMOSTHE„NEM p. 572. R. §. 178. seqq. Iisdem Legibus uti„tur Demosth. *contra Mid.* tota, qui se choragum ver„berarat. Licebat ἄτιμον ἐξάγειν, non tamen fecere ob „loci reverentiam: DEMOSTH. p. 534. R. §. 61. Egre„gia TIB. HEMSTER. Petitum corrigens *ad Arist. Plut.* „p. 334. *a.*"

§. 24. Ἀνέλπιστον γὰρ οὐδὲν τὸν τὴν ἀρχὴν τοῦ βίου τοιαύτην κατασκευασάμενον, καὶ τὴν τελευτὴν ὑπερβάλλουσαν ποιήσασθαι. Videtur excidisse particula ἄν, quam, ad h. l. sententiam prorsus necessariam, facile ultimae literae verbi ὑπερβάλλουσαν absorbere potuerunt. [BEKK. c. omnib. Codd. vulg. retinuit.]

§. 26. Λογιζόμενος τοὺς ἀγῶνας τοὺς ἱππικοὺς τύχῃ τοὺς πλείστους κρινομένους. Non facile adducar ut credam haec scripsisse Andocidem: *equestria certamina non a fortunis certantium gubernari, sed a temeritate sortis fortuitae disceptari*: quemadmodum locum vertit Reisk. Hoc Graecus homo dicere non potuit, apud quam gentem tanto in honore erant certamina equestria, ut vi-

229 etores eorum a summis poëtis carminibus celebrarentur,
suisque civitatibus maximo essent decori. Inter eque-
stria autem vel prima et omnium maxime honorifica ha-
bebantur certamina curru peracta. Neque vero cuiquam
honorem aut ipsi, aut civitati, conciliare poterat certa-
men unice positum in fortunae temeritate; neque etiam
in ea posita est certaminum equestrium victoria, sed in
equorum virtute, dominorumque fortunis et rei equestris
peritia. Quapropter suspicatus sum germanam scripturam
hanc esse: *τοὺς ἀγῶνας τοὺς ἱππικοὺς τιμῇ τοὺς πλεί-
στους κρινομένους: equestria certamina omnium honori-
ficentissima judicari.* Apud THUC. L. VI. c. 16. suam
victoriam ipse gloriatur Alcibiades: *ἅρματα μὲν ἑπτὰ
καθῆκα, ὅσα οὐδείς πω ἰδιώτης πρότερον, ἐνίκησα δὲ καὶ
δεύτερος καὶ τέταρτος ἐγενόμην, καὶ τἄλλα ἀξίως τῆς νί-
κης παρεσκευασάμην· νόμῳ μὲν γὰρ τιμὴ τὰ τοιαῦτα,
ἐκ δὲ τοῦ δρωμένου καὶ δύναμις ἅμα ὑπονοεῖται:* et filii
ejus ore ISOCR. *de Bigis* p. 353. §. 33, postquam con-
silium Alcibiadis laudavit, quo civitatem ornare victoria
Olympica voluit, his verbis exponit, quare equestre cer-
tamen reliquis praetulerit: *οὐδενὸς ἀφυέστερος, οὐδ' ἀῤ-
ῥωστότερος τῷ σώματι γενόμενος, τοὺς μὲν γυμνικοὺς
ἀγῶνας ὑπερεῖδεν· εἰδὼς ἐνίους τῶν ἀθλητῶν, καὶ κα-
κῶς γεγονότας, καὶ μικρὰς πόλεις οἰκοῦντας, καὶ ταπει-
230 νῶς πεπαιδευμένους· ἱπποτροφεῖν δ' ἐπιχειρήσας, ὃ τῶν
εὐδαιμονεστάτων ἔργον ἐστὶ, φαῦλος δ' οὐδεὶς ἂν ποιή-
σειεν, οὐ μόνον τοὺς ἀνταγωνιστὰς, ἀλλὰ καὶ τοὺς πώ-
ποτε νικήσαντας ὑπερεβάλετο.* — *Πλείστους* hic dicitur
pro *μεγίστους*, de qua verbi notione praeclare egit VAL-
CKEN. *ad Eurip. Hippolytum* v. 1. *)

§. 27. Vitiosum *ἀφαιρουμένους* in M. Ald. muta-
tum inveni in *ἀφαιρούμενος*; quae eadem est Reiskii
emendatio [et sic tacite BEKK.].

§. 29. *Τὰ πομπεῖα παρὰ τῶν ἀρχιθεωρῶν αἰτη-*

---

*) SLUITERI rationem non improbat A. G. BECK. At me offendit Articulus. Vide Matthiae Gr. §. 277. b. p. 562. [Facilius aptiusque conjeceris *τέχνῃ*. Sed ne hoc quidem necessarium est. Vulgatae lectionis, quam BEKK. retinuit, sensus hic est: *Etsi non ita magnis excellebat divitiis (quibus qui pollent, id sibi comparare possunt, quae ad victoriam facilius reportandam faciunt, e. g. alendis bonis equis), certamen tamen inire cupiebat reputans plurimos certaminum exitus in fortuna esse positos.*" Deinde *κρίνειν* c. *τύχῃ* conjunctum usitatissimum est. Cf. Demosth. p. corona p. 327. R. §. 307. et p. 1468. R.

σάμενος, ὡς εἰς τὰ πινάκια τῇ προτέρᾳ τῆς θυσίας χρησάμενος. Partem veri h. l. Scaliger et Taylorus viderunt οὐσίας mutantes in θυσίας. Superest tamen alia emendatio haud minus vera et elegantior etiam, quam Valckenaerii copia egregie confirmavit. Τὰ πινάκια frustra Reiskius explicare conatus est. Sequentia e Valckenaerianis σποράδην in chartam conjectis, qua potuit cura, congessit et composuit Luzacius. „Primum h. l. pro „ χερνίβοις καὶ θυμιατηρίοις, lego χερνιβίοις καὶ θυ- „ μιατηρίοις, quod jam vidit TAYL. p. 694. A. conf. „ PHILOSTR. p. 848. B. saepe DEMOSTH. *contra Androt.* [vide FUNKH. p. 131.]; videtur et φιάλας dicere „ §. 69. §. 73. et §. 75. ubi est ἐκπώματα καὶ θυμιατήρια „ — καὶ χρυσίδες. Hoc porro loco corrupto abusus est „ MEURS. *Att. Lect.* L. II. c. 15. ad πομπεῖα illu- 231
„ stranda, quae hinc colligit *moris fuisse adservari per* „ *Architheoros*. Perperam: 1°. haec in Ludis Olympicis et Olympiae acta sunt, quo ad ornandam pompam „ allata quoque sunt τὰ πομπεῖα: sed 2°. miror et Ar- „ chitheoros numero plures: unus tantum fuit Ἀρχιθεω- „ ρὸς tum temporis Atheniensis Olympiae." [Luzacius suspicatur ἀρχιθεωροὺς intelligendos esse *universam Legationem* Atticam, id est, Architheorum cum reliquis Theoris, vel τοὺς Ἀρχιθεωροὺς esse omnes civitatum Graecarum Architheoros, unum collegium constituentes, inter quos et Architheorus erat Atheniensis [cf. C. F. Hermanni Handbuch §. 161.]. „3°. Huc respicit MOER. „ ATTIC. Πομπεῖα Ἀττικῶς τὰ θυμιατήρια καὶ τὰς „ χέρνιβας ὡς Θουκυδίδης. Emendandum Ἀνδοκίδης. „ Frustra quaesitus locus in Thucydide. Pro Θουκυδί- „ δης in *Scholiis MS. ad Aristidem* p. 68. legitur Θαννηνδίδης. ATHEN. L. IX. p. 408. D. Ἀττικοὶ χερνίβιον λέγουσιν, ὡς Λυσίας ἐν τῷ κατὰ Ἀλκιβιάδου „ λέγων οὕτως, τοῖς χρυσοῖς χερνιβίοις καὶ θυμιατηρίοις: „ TAYL. hinc ut *Fragmentum* posuit *Orationis Lysiae* „ πρὸς Ἀλκιβιάδην. Errat, errorem secutus Athenaei, „ ut secutus etiam est EUSTATH. *ad Od.* A. p. 33. v. „ 48. verba enim sunt Andocidae, non Lysiae. Quae 232
„ sint πομπεῖα, praeter Meursium docuerunt VALES. *ad* „ *Harpocrationem* p. 158. [T. II. p. 375. ed. Lips.] „ SPANH. *ad Callimachum* p. 721. f. EUSTATH. *ad Il.* „ I. p. 666. v. 9. πομπεῖα παρ' Ἀττικοῖς ἱερὰ σκεύη „ χρήσιμα ἐν πομπαῖς. Phaeax in Oratione κατ' Ἀλκιβιάδου apud PLUT. T. I. p. 196. E. illis usum ait „ Alcibiadem, ὥσπερ ἰδίοις πρὸς τὴν καθ' ἡμέραν δίαιταν. Sed 3°. corrigendus est Andocides. Quid hic

„ sunt τὰ πανάκια? Frustra quis ea tueretur ex Satyro
„ apud ATHEN. p. 534. E. ubi redux Athenas ex Olym-
„ pia δύο πίνακας ἀνέθηκεν Ἀγλαοφῶντος γραφὴν, ὧν
„ ὁ μὲν εἶχεν Ὀλυμπιάδα καὶ Πυθιάδα στεφανούσας
„ αὐτόν. In altera Νεμέα (leg. Νεμεὰς) ἦν καθημένη,
„ καὶ ἐπὶ τῶν γονάτων αὐτῆς Ἀλκιβιάδης, formosior
„ mulieribus. Nihil hae tabulae pictae ad ΤΆ ΠΙ-
„ ΝΆΚΙΑ: sed legendum est ΤἈΠΙΝΊΚΙΑ.
„ Ὡς εἰς τὰ ἐπινίκια vel τἀπινίκια τῇ προτεραίᾳ τῆς
„ θυσίας χρησόμενος. Commodato petiit ab Architheo-
„ ro, vel a Theoris, aurea vascula, thuribula, caet.
„ tanquam iis usurus die, qui sacrificium praecederet,
„ ad epulum propter victoriam partam dandum. Nota
„ locutio ἐπινίκια θύειν, vel ἑστιᾶν, sacra facere, vel
„ epulum praebere propter victoriam partam, seu victo-
233 „ riam sacris atque epulis celebrare. Jam vero totam
„ tum Panegyrin epulo excepisse Alcibiadem, ex Epit.
„ discimus ATHEN. p. 3. E. Ἀλκιβιάδης Ὀλύμπια νι-
„ κήσας ἅρματι πρῶτος καὶ δεύτερος καὶ τέταρτος (εἰς
„ ἃς νίκας καὶ Εὐριπίδης ἔγραψεν ἐπινίκιον) θύσας
„ Ὀλυμπίῳ Διῒ τὴν πανήγυριν ἅπασαν εἱστίασε. Vid.
„ FABRI Agonistica p. 167. Alcibiades apud THUC.
„ L. VI. c. 16. initio suum illud vocat τὸ διαπρεπὲς
„ τῆς Ὀλυμπιάζε θεωρίας: quantum conciliaverit civi-
„ tati decoris p. 388. ἅρματα ἑπτὰ καθῆκα· — ἐνίκη-
„ σα δὲ καὶ δεύτερος καὶ τέταρτος ἐγενόμην, καὶ τἄλλα
„ ἀξίως τῆς νίκης παρεσκευασάμην. Vide ibi notas, in-
„ primis PLUT. T. I. p. 196. B. ubi habet partem Epi-
„ nicii Euripidis in Alcibiadem. Τὰ ἐπινίκια quae sint,
„ TAYL. dixit ad Lys. p. 273. DEMOSTH. p. 380. R.
„ §. 128. οὗτος εἰς τὰ ἐπινίκια τῶν πραγμάτων καὶ τοῦ
„ πολέμου, ἃ Θηβαῖοι καὶ Φίλιππος ἔθυον, εἱστιᾶτο ἐλ-
„ θών. AESCHIN. τὴν τῶν ἐπινικίων scilicet ἡμέραν.
„ Vid. ibi TAYL. p. 280. c. Neaeram p. 1356. R.
„ §. 53. Victor Pythiis Delphos redux εἱστία τὰ ἐπι-
„ νίκια ἐπὶ Κωλιάδι. Vid. et §. 34. ARIST. Ecclesiaz.
„ v. 1172. δειπνήσομεν ἐπινίκια. LUCIAN. T. III. p.
„ 273. v. 93. εὐωχεῖσθαι τὰ ἐπινίκια· apud POLYAEN.
234 „ p. 99. v. 3. est ἐπινίκια θύειν: vid. II. Maccab.
„ VIII. 33. — Porro τῇ προτεραίᾳ pridie, ut τῇ ὑστε-
„ ραίᾳ postridie. LYS. p. bonis Aristoph. §. 22. [ubi
„ vide BREMIUM. cf. BERNHARDY. Syntax. p. 138.]
„ τῇ προτεραίᾳ ᾗ ἀνήγετο: PLATO apud TAYL. Lect.
„ Lys. p. 677. b. τῇ ὑστεραίᾳ ᾗ ἢ τὰ ἐπινίκια ἔθυεν."
His autem scriptis postea adnotarat vir summus, et illam
emendationem, et alteram θυσίας jam factam a MEURSIO

in *Panathen.* p. 38. et posteriorem a CANTERO in *Syntagm.* p. 26. et sic etiam emendavit Valckenaerii discipulus et amicus PIERS. *ad Moer.* p. 332. *b.* [p. 245. ed. Lips. Caeterum BEKK. quoque ταπινίκια τῇ προτεραίᾳ — θυσίας — χερνιβίοις.]

§. 29. fin. Ὁρῶντες ἕνα ἄνδρα μείζονα πάσης τῆς πόλεως δυνάμενον. Verba male divisa nemo dubitet quin ita restituenda sint: ἕνα ἄνδρα μεῖζον ἁπάσης τῆς πόλεως δυνάμενον. *)

§. 30. Σκηνὴν μὲν Περσικὴν Ἐφέσιοι διπλασίαν τῆς δημοσίας ἔπηξαν, ἱερεῖα δὲ καὶ τοῖς ἵπποις ἐφόδια Χίοι παρεσκεύασαν· οἶνον δὲ καὶ τὰ ἄλλα ἀναλώματα Λεσβίοις προσέταξαν. Una tantum litera mutata, si legamus προσέταξεν [et sic ABZ], ulcus, quod h. l. inhaeret, erit sanatum. Mox etiam eodem numero pergit: καὶ οὕτως εὐτυχὴς ἐστιν. — Vitium ortum est e praecedentibus παρεσκεύασαν — ἔπηξαν. Ita etiam Valcken.: „Λεσβίοις προσέταξεν· *jussit Lesbios adferre*, „ sive προσέταξεν ut φόρον sibi debitum, qui etiam τὸν „ φόρον dicitur civitatibus ἐξ ἀρχῆς τάξαι, ab ANDOC. 235
„ §. 11. De iisdem PLUT. in *Alcib.* p. 196. c. τοῦτο „ τὸ λαμπρὸν (ipsius pompae et victoriae) ἐπιφανέστερον ἐποίησεν ἡ τῶν πολεμίων (leg. πόλεων, *sociarum* „ *civitatum*) φιλοτιμία κ. τ. λ. Quatuor socias civitates memorat Satyrus apud ATHEN. L. XII. p. 534. „ D. τέσσαρες τῶν συμμαχίδων κ. τ. λ. Hi τροφήν, „ quae Andocides vocat τοῖς ἵπποις ἐφόδια.“ [Vide A. G. BECKERUM.].

§. 30. fin. Ὁπόσοι μὲν ἄρχοντες ἐν μιᾷ πόλει γεγένηνται, ὑπεύθυνοί εἰσιν· ὁ δὲ πάντων τῶν συμμάχων καὶ χρήματα λαμβάνων, οὐδενὸς τούτων ὑπόδικός ἐστιν κ. τ. λ. Deesse aliquid manifestum est: Reiskius suspicatur post καὶ excidisse ἀστῶν. — Mihi aliter videtur; nam, si vera esset Reiskiana ratio, melius mox Orator scripsisset οὐδενὶ τούτων ὑπόδικός ἐστιν. Est enim hic usus verbi ὑπόδικος, ut rei genitivum, dativum personae secum habeat: ISOCR. c. *Lochitem* p. 395. §. 2. ἔπειτα τῶν μὲν ἄλλων ἐγκλημάτων αὐτῷ μόνῳ τῷ παθόντι κακῶς ὁ δράσας ὑπόδικός ἐστιν: DEMOSTH. c. *Midiam* p. 518. R. §. 10. ἐὰν δέ τις τούτων τι παραβαίνῃ ὑπόδικος ἔστω τῷ παθόντι: c. *Conon.* p. 1264. R. §. 25. καὶ

*) Non debebat BEKK. SLUITERI partes sequi. Bene sese habet μείζονα δύνασθαι. Vide WURM. Commentar. ad Dinarch. p. 104.

μὴν εἰ παθεῖν τι μοι συνέβη, φόνου καὶ τῶν δεινοτάτων ἂν εἴη ὑπόδικος. Equidem existimo ad sententiae
236 integritatem non multum desideratum iri, si scribatur: *ὁ δὲ πάντων τῶν συμμάχων ἐπάρχων καὶ χρήματα λαμβάνων κ. τ. λ.* Tum quia praecedens *ἄρχοντες ἐν μιᾷ πόλει* hic item imperii mentionem postulare videtur, tum vero quod hoc etiam recte convenit sequentibus: *οὐδενὸς τούτων ὑπόδικός ἐστιν.* — *Ἐπάρχειν* aeque ac simplex *ἄρχειν*, quod hic auribus ingratius accideret, notat *imperare*. XENOPH. *Cyropaed.* L: I. c. 1. §. 4. *ἄλλου οὐδενὸς ἔθνους ἐπάρξαι.* — *Ἐπῆρξε δὲ καὶ Ἑλλήνων τῶν ἐν τῇ Ἀσίᾳ*: L. IV. c. 6. §. 2. *χώρας ἐπάρχω πολλῆς.*

§. 32. *Καλλίαν τὸν Διδυμίου.* Vir Doct. in M. Ald. correxit *τὸν Διδύμου.* *) [BEKK. *Διδυμίου.*]

§. 34. *Ἀλκιβιάδης δὲ μάλιστα πάντων Ἀθηναίων.* Valckenaerii emendationem *Ἀλκιβιάδη δὲ* — jam Cap. I. memoravimus, et ipse eam jam proposuerat in *Diatribe Euripidea* p. 124. [et sic BEKK. Codd. omnes *Ἀλκιβιάδης.*]

Ibid. *Καὶ γὰρ ὁ τῆς μητρὸς πατὴρ Μεγακλῆς καὶ ὁ πάππος Ἀλκιβιάδης ἐξωστρακίσθησαν ἀμφότεροι.* E LYS. *in Alcib.* §. 39. MARKL. ad i. l. hic legi vult *δὶς ἐξωστρακίσθησαν*: MEURS. autem *Att. Lect.* L. VI. c. 12. pro *ὁ πάππος* male legere suadet *πρόπαππος.*

§. 35. *Ἰδίᾳ τε οὐδὲν διεκώλυσα δικάζεσθαι βουλόμενον.* Legendum e Luzacii conjectura: *οὐδένα διεκώλυσα.* [idque BEKK. cum AZ. Caeterum non est, cur cum eodem BEKK. post *ἐγὼ* addemus *μέν.* Vide JAKOBITZ. ad Luciani Tox. p. 68.]

237 §. 36. *Ὁ δὲ τοσαυτάκις ἀγωνιζόμενος δικαίως καὶ νικήσας, πάλιν δόξαιμι δι' ἐκεῖνα ἐκπεσεῖν.* Producens hunc locum TAYL. *Lect. Lys.* c. 6. corrigit *οὐδὲ τ. α. ἀδίκως* — illud bene, et sic etiam Reiskius: hoc perpe-

---

*) [§. 32. *οἵτινες ἐξωστράκισαν Κίμωνα* (sic jam MUR. VV. LL. VIII. 1. pro *Κόνωνα*) *διὰ παρανομίαν, ὅτι τῇ ἀδελφῇ τῇ ἑαυτοῦ συνῴκησε.* Vide G. A. BECKER. Juvat tamen sententiam Scholiastae ad Aristid. T. III. p. 446. DIND. huc afferre: *οἱ μὲν γὰρ ἦσαν καλοὶ καὶ ἀγαθοί, οἱ καλούμενοι ὀλιγαρχικοί, οἱ δὲ δημοτικοί· καὶ τούτων μὲν προΐστατο Κίμων πολλὰ διανέμων καὶ συγχωρῶν ὀπωρίσασθαι τοῖς βουλομένοις καὶ ἱμάτια διανέμων τοῖς πένησι· τῶν δὲ ὀλιγαρχικῶν προΐστατο Περικλῆς· κατηγορηθεὶς δὲ ὁ Κίμων ὑπὸ Περικλέους ἐπὶ Λανίκῃ* [corrige *Ἐλπινίκῃ*] *τῇ ἀδελφῇ καὶ ἐπὶ Σκύρῳ τῇ νήσῳ, ὡς ὑπ' αὐτοῦ προδεδομένου ἐξεβλήθη κτέ.*

ram. Videtur vel cum Reiskio legendum esse *ἀγωνιζόμενος καὶ νικήσας, δικαίως πάλιν δόξαιμι*: vel *δόξαιμι* mutandum in *δίκαιος εἰμὶ*, *par est me in exilium abire*, quae est exquisita et Attica dictio. ARIST. in *Nubibus* v. 1286.

Πῶς οὖν ἀπολαβεῖν τἀργύριον δίκαιος εἶ;

v. 1436. *ἐπεί γε μὲν δίκαιός εἰμ᾽ ἐγὼ κολάζειν*; LYS. defensio Veter. §. 9. *οὔτ᾽ ὀφείλω, οὔτ᾽ ἐκτίσαι δίκαιος εἰμί*: p. Polystr. §. 9. *οὔκουν δίκαιοι εἰσὶν, ὧν ὑμῖν εὖνοι ἦσαν, τούτων δίκην διδόναι*: DEMOSTH. *pro Corona* p. 314. R. §. 264. *τί οὗτος παθεῖν ὑπὸ τῶν ζώντων δίκαιός ἐστι*; vid. et EUR. *Supplic.* v. 186. *Heracl.* v. 143. *Ione* v. 1574. XENOPH. *Hellen.* L. II. c. 3. §. 18. *Cyrop.* L. VIII. c. 5. §. 22. PLAT. in *Critone* p. 45. A. et alibi saepe. Conf. WESSEL. *ad Herodot.* L. IX. p. 720 v. 55. *)

§. 40. *Ἐμὲ μὲν τοίνυν ἐξελάσαντες τοὺς ἀσελγεστέρους νομιμωτέρους ποιήσετε.* Reiskius hic non parum deesse arbitratur: equidem unum verbum corruptum censeo: dixit modo Orator, poenas ab iis, qui injuste agant, 238 non tantum sumendas esse propter ipsos, sed etiam in exemplum aliorum, *ὅπως, τούτους ὁρῶντες, δικαιότεροι καὶ σωφρονέστεροι γίνωνται.* Itaque, inquit, si me puniatis, huic proposito non satisfacietis: *ἐμὲ μὲν τοίνυν ἐξελάσαντες τοὺς ἀσελγεῖς οὐ νομιμωτέρους ποιήσετε.* **)

§. 41. *Εἰ τῶν πρωτευόντων ἕκαστος τὰ αὐτὰ ἐποίησεν.* Legendum censet Luzac. *τῶν πρεσβευόντων.* „Dixerat se *πρεσβεῦσαι εἰς Θετταλίαν* caet. Non aude-

---

*) „At non mutassent viri docti *ὅδε*, omnium librorum lectionem, in *οὐδὲ*, ne quid de SLUITERI conatu dicam, si vidissent postrema verba per interrogationem proferri." Sunt verba HERMANNI (Opusc. T. IV. p. 159.) Neque cur verba c. RUHNK. (cf. p. 25. St.) sic scribi debeant: *ἀγωνιζόμενος καὶ δικαίως νικήσας* caussam video. *Ἀγωνίζεσθαι δικαίως* est fere, quod Lysias p. Polystr. §. 22. *ἀγωνίζεσθαι εὖ μετὰ τοῦ δικαίου* dicit. Vide SLUIT. p. 288.

**) Jure REISKIUS auspicabatur hic deesse membrum. Recipienda enim sunt post *ἐξελάσαντες* haec verba: *τοὺς βελτίστους περιδεεῖς καταστήσετε, τοῦτον δὲ κολάσαντες*, quae primus in P invenit ANG. MAJUS, quaeque Codd. AB quoque confirmant. Caeterum c. ABPZ scrib. *ποιήσετε* pro *ποιήσητε.*

„ ret se unum facere τῶν πρωτευόντων, praeterquam „ quod sic simpliciter poni verbum non solet.“ [Sic A. G. BECK. J. BEKK. vulg. habet.]

Haec igitur, quae recensuimus, nonnullisque mendis levare conati sumus, aetatem tulerunt scripta Andocidis. Quamvis autem non constet, permulta ejus antiquitus exstitisse monumenta, nonnulla tamen memorantur, quae hodieque non amplius supersunt, nonnulla etiam ut illius laudantur a Grammaticis antiquis, quae in editis Andocidis scriptis non exstant: sunt autem haec fere.

I. Oratio περὶ τῆς ἐνδείξεως. Hanc TAYL. *Lect. Lys.* c. 6. eandem esse putat, quam hodieque habemus περὶ τῶν Μυστηρίων Orationem, quoniam HARP. verbum Ζητητὴς ex Oratione περὶ τῆς ἐνδείξεως profert, quod in Oratione *de Mysteriis* saepius occurrit, ipsumque ἐν-
239 δείξεως verbum aliquoties in hac Oratione legitur. VALES. quoque *ad Harpocrationem* d. l. primum in eam it sententiam, quam tamen mox repudiat, et cum eo RUHNK. *Histor. Crit. Or. Gr.* p. 51. Recte quidem et vere. Nam et PSEUDO-PLUT. in *Andocide* p. 835. A. duas has Orationes ut diversas laudat, et saepius ἐνδείξεως actione petitum fuisse Andocidem jam Cap. V. et VI. monuimus. Itaque hanc Orationem scriptam existimaverim ante Orationem *de Mysteriis* in illa lite, quam ei motam fuisse ait LYS. §. 30. Potuit autem haec Oratio similis quodammodo fuisse argumenti Orationi *de Mysteriis*, et hinc ζητητῶν mentio in utraque esse facta; quae ipsa ratio aliquod momentum addit sententiae nostrae de tempore, quo Oratio *de Reditu* fuerit habita. [vid. A. G. BEKK. p. 29.]

II. Ἀπολογία πρὸς Φαίακα apud PSEUDO-PLUT. l. c.

III. Λόγοι Συμβουλευτικοί· quos e Grammaticis Mss. laudat RUHNK. l. c. p. 52.

IV. Πρὸς τοὺς ἑταίρους. PLUT. in *Themistocle* p. 128. c. περὶ δὲ τῶν λειψάνων οὔτ' Ἀνδοκίδῃ προςέχειν ἄξιον, τῷ πρὸς τοὺς ἑταίρους λέγοντι φωράσαντας τὰ λείψανα (Themistoclis) διαῤῥίψαι τοὺς Ἀθηναίους· ψεύδεται γὰρ ἐπὶ τὸν δῆμον παροξύνων τοὺς ὀλιγαρχικούς.
240 Hinc verosimiliter suspicatur RUHNK. d. l. esse Epistolam scriptam ad Pisandri in statu populari evertendo socios, qui proprie ἑταῖροι dicuntur [cf. CAROL. SINTENIS. p. 205.].

Ex perdita Oratione Andocidis ductum est, quod habent Scholiasta ARIST. *ad Vespas* v. 1001. et Scholiasta LUCIANI *ad Timonem* p. 142. περὶ Ὑπερβόλου

λέγειν αἰσχύνομαι, οὗ ὁ μὲν πατὴρ ἐστιγμένος ἔτι καὶ νῦν ἐν τῷ ἀργυροκοπείῳ δημεύει τῷ δημοσίῳ, ὡς δὲ ξένος ὢν καὶ βάρβαρος λυχνοποιεῖ. Ubi videtur legendum ὅς δὲ vel αὐτὸς δὲ ὡς ξένος ὢν caet. Lucernarum fabrum fuisse Hyperbolum, constat ex ARIST. *Nub.* v. 1061. *Equit.* v. 736. et 1312. *Pace* v. 689. et *Scholiis* ad illa loca.

Aliud Andocidis fragmentum habet SUID. v. Σκάνδιξ: quod ad Orationem aliquam τῶν Συμβουλευτικῶν forte non inepte referatur. Μὴ γὰρ ἴδοιμεν πότε πάλιν ἐκ τῶν ὀρέων τοὺς ἀνθρακευτὰς ἥκοντας καὶ πρόβατα καὶ βοῦς καὶ τὰς ἁμάξας εἰς τὸ ἄστυ· καὶ γύναια καὶ πρεσβυτέρους ἄνδρας, καὶ ἐργάτας ἐξοπλιζομένους, μηδὲ ἄγρια λάχανα καὶ σκάνδικας ἔτι φάγοιμεν.

Verbum σύνοπτον ex Andocide affert POLL. L. II. s. 58. quod in editis Andocidis non invenimus.

Lysias et e codice et e conjectura saepius emendatur. Ἄλογον. Εὐθύνας διδόναι: διαχειρίζειν. Ἀναφέρειν τὴν αἰτίαν vel τὴν ἀπολογίαν εἴς τινα. Μισεῖν. *Undecimvirorum capitalium Athenis munus explicatur: emendatur* Etymologicon Magnum; πωληταί: *de Jurisdictione Attica quaedam et de* εἰσαγωγῇ εἰς τὸ δικαστήριον: *enallage constructionis: explicatur* EURIPIDES: οἴεσθαι *num passive dicatur. Mantitheus.* Συνειδέναι τινὶ τιμωμένῳ. Ὑπὸ *de tempore imperii. Exulum Atticorum Deceleae manus, aliaque Historica.* Διδόναι τῷ δήμῳ. Προσήκοντες καὶ κηδεσταὶ *junguntur.* Ἀγαθός, χρηστὸς περὶ τὸ πλῆθος. Ὅσιος. Εἰ μηδὲν ἄλλο, ἀλλ' οὖν. Ἡ βουλὴ ἡ ἀεὶ βουλεύουσα. Οὐχ ὅπως, ἀλλὰ καί. Τὸ δίκαιον.

Quod omnes fere uno ore queruntur, quibus materiae ubertas largiorem scribendi copiam praebet, opus dum scribant sensim crescere, limitesque praefinitos sem-

242 per migrari, hanc ego querelam non vanam esse ipse in me sum expertus. Nam, quum ad conscribendum hunc libellum accederem, non putaram tantum sibi sumturum Andocidem, ut Lysiae locus vix relinqueretur: jam vero, ubi ad hunc ventum est, tantum video illi esse datum, ut, nisi mearum in Lysiam animadversionum mentionem fecissem ad easque etiam provocassem, jam prorsus illas omitterem. At vero quoniam mea me cogit fides, nunc debitum ita solvam, ut, si nimium fortasse Andocidi sit tributum, tantundem Lysiae detrahatur, unoque loco omnia complectar.

Apologia pro caede Eratosthenis, teste Viro Docto, cujus adnotationes in Lysiam conservavit margo exemplaris Aldini, quod in Bibliotheca publica Lugduno-Batava exstat, *in Codice Veneto inscribitur* κατ᾽ Ἐρατοσθένου μοιχείας: perperam; neque enim adulterii Eratosthenes in hac Oratione accusatur, sed jure caesum Eratosthenem, quippe in adulterio deprehensum, ostenditur. Ejusdem Viri Docti sive e Codice, sive ex ingenio emendationes, quatenus a contextu Stephanicae editionis discrepantes vel aliorum conjecturas confirmant, vel novas lectiones inducunt, has notavi.

§. 1. *Ὑμῖν αὐτοῖς εἴητε. V.* (id est *Venetus*) §. 8. *V. Ἐπ᾽ ἐκφορὰν γὰρ αὐτῇ.* §. 16. *V. Ὦ φίλτατε ἔφη.*
243 Ibid. *V. Πρός σε.* ibid. *V. Τὴν σὴν γυναῖκα.* §. 22. *V. Σώστρατος.* §. 23. *Ὡς τὸν καὶ τόν.* §. 24. *Ἐκ τοῦ ἐγγύτατα καπηλείου.* §. 27. *Ὥνπερ οἱ νόμοι κελεύουσι.* Ibid. *Ἐν τῷ δωματίῳ ποδισθείς.* §. 28. *Abest* τὰ (ante δίκαια) *a Veneto.* §. 32. *Ἀκούετε ὦ ἄνδρες.* Ibid. *διπλῆν τὴν βλάβην.* §. 35. *Ἐγὼ μὲν γὰρ οἶμαι.* §. 36. *V. Τὴν δὲ ψῆφον τὴν ὑμετέραν δεδιέναι· αὕτη γάρ ἐστι πάντων.* §. 37. *Σκέψασθε δὲ, ὦ ἄνδρες.* §. 39. *V. Ἐπειδή.* §. 40. *Ἦ καὶ τὸν συνδειπνήσοντά μοι εἰσαγαγεῖν.* §. 41. *V. Καταλήψομαι.* §. 42. *Τὴν τιμωρίαν ἐποιησάμην.* Ibid. *ΜΑΡΤΥΡΕΣ.* §. 45. *V. οὐδὲ ἑωρακώς.* Ibid. *Τί ἂν οὖν βουλόμενος.* §. 46. *V. Τοσούτων συνειδέναι.* §. 47. *Ἐξαμαρτήσονται emendavit nescio quis.* §. 48. *Ἄδειαν.* §. 50. *V. Τοῖς τῆς πόλεως νόμοις.*

§. 44. *Οὔτε συνῄδει κακὸν οὐδὲν, ὃ ἐγὼ δεδιὼς μή τις πύθηται ἐπεθύμουν αὐτὸν ἀπολέσαι· οὔτε εἰ ταῦτα διεπραξάμην, ἤλπιζον μὲν χρήματα λήψεσθαι· ἔνιοι γὰρ τοιούτων πραγμάτων ἕνεκεν θάνατον ἀλλήλοις ἐπιβουλεύουσι.* Vis argumenti haec est: nullam fuisse causam, cur Eratosthenem Euphiletus occideret, nisi commissum ab illo adulterium; neque enim antea inter ipsos inimi-

citias exstitisse, neque fuisse Eratosthenem Euphileto criminis alicujus conscium, idque celasse, atque ideo hunc metuentem ne indicaret facinus voluisse eum interficere, quae homicidiorum non raro causa fuerit, idque vel hinc 244
esse manifestum, quod Eratosthenes illi pecuniam obtulerit, quod facturus non fuisset, si minis eum terrere potuisset; eamque non accepturum Euphiletum facile potuisset intelligere, si solus criminis cujusdam ei conscius fuisset. Hae me movent rationes, ut scribendum existimem: *οὔτε εἰ τοιαῦτα διεπραξάμην, ἤλπιζεν ἄν με χρήματα λήψεσθαι; neque si tale quid patrassem, sperare potuisset, me pecunia posse placari, quum hanc impune occidendi ejus metuque me liberandi occasionem haberem.* Obtulisse autem Eratosthenem pecunias, si vitae parcere vellet Euphiletus, narratur §. 25. fin. *ἠντιβόλει δὲ καὶ ἱκέτευε μὴ κτεῖναι, ἀλλ' ἀργύριον πράξασθαι.* *)

Apologia adversus Simonem. §. 1. et paullo post M. Ald. *ὡς ὑμᾶς.* §. 6. *Μεθύσων.* §. 14. *Οὔτε ἄλλο κακὸν οὐδὲν ἔλαβον.* §. 32. *Διαιτώμενος.* §. 38. *Τῶν νυνὶ γεγενημένων.* §. 40. *Συμφορᾶς.* §. 42. *Περὶ ὧν ἐβούλευσαν.*

§. 18. *Καὶ τούτων ἡμᾶς βαλλόντων, ἔτι δὲ τυπτόντων αὐτὸν ὑπὸ τῆς μέθης.* Reiskius *de suo dedit αὐτῶν et subdudiri* putat *ἐμέ*: *illis adhuc me caedentibus.* At quid demum est, *cum nos lapidibus aliisque missilibus peterent et me caederent* et hoc quidem *prae ebrietate?* Mihi vel vulgata lectio retinenda videtur, vel scribendum, quod magis placet, *ἔτι δὲ πιπτόντων αὐτῶν* 245
ὑπὸ τῆς μέθης: quum adeo etiam tunc ebrii essent, ut interdum stare erecti non possent, sed vacillarent et caderent. Idem quod hic Lysias ebrietati, nimio studio et ardori in pugna, quae sine ordine committitur, tribuit EURIPIDES in *Helena* v. 1620. *σπουδῆς δ' ὕπο Ἔπιπτον οἱ δ' ὠρθοῦντο.* —**)

De Vulnere ἐκ Προνοίας. §. 1. M. Ald. *περὶ πάντων διαλελυμένον.* §. 4. *Ὅτι ἡμεῖς ἦμεν.* §. 9. *Τραύματα ὀνομάζων.* §. 15. *Τήν γε τούτου πρόκλησιν.*

---

*) Μὴν uncis inclusit BEKK. quia abest a M. Quomodo firmari possit Codicum lectio docet contra SLUITER. BREMI. ad h. l.

**) Ego retineo cum recentt. *αὐτὸν*, quod cum ROSTIO apud BREMI. ad *μειράκιον* referri debet.

§. 19. *Οὐδὲν γάρ ἔμοι γέ ἐστι τοιοῦτον πεπραγμένον, ἀλλὰ λόγῳ τὸ τῶν πάντων κινδυνεύω πολὺ μεῖζω συμφορὰν ἐμαυτῷ διὰ τούτους ἐπαγαγέσθαι.* Taylorus conjecit *λόγῳ τῷ τῶν πάντων*: Marklandus fatetur se non posse haec emendare; sed nonnulla deesse putat: Reiskii interpretatio non magis intelligi potest quam contextus ipse. Equidem mihi videor facili emendatione sanitatem huic loco reddidisse: verba nempe male divisa sunt et bina postea corrupta: Lysiam credo ita scripsisse, *ἀλλ' ἀλογώτατον πάντων κινδυνεύω* caet. sensus est: *nihil ego umquam neque in cives, neque in patriam peccavi, sed iniquissime omnium jam in periculo sum, ne propter adversarium hunc meum et servam multo majo-*
246 *ris mihi ipse auctor sim calamitatis, quam si patriae maximum intulissem damnum.* *Πάντων* superlativis additur ad majorem efficaciam: vid. v. g. ARISTOPHANEM *Avibus* v. 1530. *Eccles.* v. 1128. ut autem *εὔλογον aequum, justum* notat v. c. def. Veter. §. 12. et saepè alibi, ita *ἄλογον, injustum, iniquum.* THUCYDIDES L. VI. c. 84. *ὃν ἀλόγως ἡμᾶς φησὶ δουλωσαμένους τοὺς ἐνθάδε ἐλευθεροῦν*: et c. 85. *ἀνδρὶ δὲ τυράννῳ οὐδὲν ἄλογον ὅτι ξυμφέρον.* *)

Areopagiticus. §. 5. Verissime M. Ald. *οὐδ' εἰ πάλαι ἐνῆσαν μύριαι.* §. 6. *Ἄπρακτον.* (Ibid. pro *πλείονα*, forte leg. *πλεῖον*). §. 10. *πρωτέως* V. C. §. 19. *βοηλάτης.* §. 22. *εἰ φῇς μ' ἰδεῖν.* Ibid. *οὔτοι γὰρ ἄν.* §. 23. *λόγων καὶ μαρτύρων ἀπορήσει.* §. 28. *εὔερκτον.* §. 31. *πολυτελῶς.* §. 35. *ἠθέλησεν.* Ibid. *M. ἐμοὶ δὲ δοκεῖ δεινὸν εἶναι.* §. 37. *ὑμᾶς.* §. 38. *τοῦτον.* §. 40. *τούτου ἕνεκα.*

Adversus Familiares. §. 1. M. Ald. *τοὺς μὲν γάρ.* §. 3. *ἐπήγγελεν.* §. 4. *καὶ μᾶλλον.* §. 9. 5. Ibid. 7. facit cum Stephano. §. 13. *ὅτε.*

Pro Milite. §. 5. M. Ald. *τοῦ Φιλίου.*

§. 12. *Εἰ δ' ἔξεστι μὲν αὐτοῖς ἀφεῖναι δίδοασι δ' αὐτοῖς ὑπὲρ ὧν ἂν διαχειρίζωσιν.* — Mihi pridem visum
247 est verbum *εὐθύνας* latere in *αὐτοῖς*: postea vidi Reiskio in mentem venisse *δίδοασι δ' αὐτοὶ εὐθύνας*, attamen in eadem maneo sententia, neque *αὐτοὶ* addendum arbitror: *διδόναι εὐθύνας, rationes reddere gesti magistratus*, est dictio Atticis scriptoribus ipsique Lysiae frequens et usitata: cf. Alcib. I. §. 38. *οὐδέποτ' ἐλθὼν εὐθύνας ἐτόλ-*

*) Vulgatam, quam recentt. retinuerunt, bene explicavit FRANZIUS.

μησε δοῦναι: de affect. tyr. §. 11. ὅσοι μὲν ἐν τῇ δημοκρατίᾳ ἄτιμοι ἦσαν εὐθύνας δεδωκότες. Conf. ANDOCIDEM de myst. §. 90. Dicitur item εὐθύνας ὑποσχεῖν supra §. 11. et de invalido §. 26. item λόγον διδόναι et λόγον ὑποσχεῖν apud XENOPHONTEM *Hellen.* L. I. c. 7. §. 2. εὐθύνας διδόναι pro δίκην διδόναι est apud ARISTOPHANEM in *Pace* v. 1187. et hinc etiam confirmatur haec conjectura, quod διαχειρίζειν proprie et peculiariter dicitur de publicarum rerum administratione, de invalido §. 26. οὔτε χρήματα δια[illegible]ρίσας τῆς πόλεως δίδωμι λόγον αὐτῶν. Vid. et ANDOCIDEM *de Mysteriis* §. 147. *de Red.* §. 17. AESCHINEM *in Ctesiphontem* p. 35. §. 14. Hoc εὐθυνῶν judicio omnes tenebantur Athenis, qui magistratum gessissent, vel ullam partem publici muneris attigissent; vid. AESCHINEM d. l. soli excipiebantur Heliastae auctore ARISTOPHANE in *Vespis* v. 585.

Καὶ ταῦτ' ἀνυπεύθυνοι δρῶμεν· τῶν δ' ἄλλων οὐδεμί' ἀρχή. *)

Eoque judicio condemnati erant infames. Vid. LYSIAS 248
de affect. tyr. §. 11. ANDOCIDES *de Mysteriis* §. 73. *Scholia ad Aristophanis Equites* v. 822. POLLUX Lib. VIII. Sect. 45. 88. et 100. HARPOCRATION et SUIDAS v. *Εὐθύναι.* **)

Contra Theomnestum I. §. 20. item M. Ald. σιδηροῦς.

§. 29. *Καὶ μὲν δή, ὦ ἄνδρες δικασταί, ὅσῳ μείζους εἰσὶ καὶ νεανίαι τὰς ὄψεις, τοσούτῳ μᾶλλον ὀργῆς ἄξιοι εἰσί, δῆλον γὰρ ὅτι τοῖς μὲν σώμασι δύνανται, τὰς δὲ ψυχὰς οὐκ ἔχουσιν.* Constructio verborum Grammatica manifesto manca est, quam sanabimus scribentes: *ὅσῳ μείζους εἰσὶν οἱ νεανίαι τὰς ὄψεις: quo altius evolant juvenum consilia, eo magis iis est irascendum.* ***)

Contra Theom. II. §. 8. *Τίνος ἐγκλήματός μοι ὄν-*

---

*) Vide quae de hac re praeclare monuit G. F. HERMANNUS de magistratt. p. 46. seqq.

**) Recentt. omnes αὐτοῖς retinuerunt; sed vix apta ratione explicari potest. Quare aut εὐθύνας, aut, quod longe verisimilius est (vide DOBREI Advers. T. I. p. 210), λόγους excidisse putandum est.

***) Vulg. habent recentt. omnes.

τος; πότερον ὡς δικαίως ἤκουσα; ἀλλ' οὐδ' ἂν αὐτοὶ φήσαιτε· ἀλλ' ὡς βελτίονος ὄντος; ἀλλ' οὐδ' ἂν αὐτὸς ἀξιώσειεν. Legendum ἀλλ' ὡς βελτίων οὗτος; sunt enim haec expressa ex Oratione praecedente, cujus haec est epitome, ubi §. 23. haec in eandem sententiam dicuntur: τίνος ὄντος ἐμοὶ πρὸς ὑμᾶς ἐγκλήματος; πότερον ὅτι δικαίως ἀκήκοα; ἀλλ' οὐδ' ἂν αὐτοὶ φήσαιτε; ἀλλ' ὅτι βελτίων καὶ ἐκ βελτιόνων ὁ φεύγων ἐμοῦ; ἀλλ' οὐδ' ἂν αὐτὸς ἀξιώσειεν. *)

249 *Adversus Eratosthenem.* Initium Orationis notante V. D. in M. Ald. expressit CICERO *pro Lege Manilia* cap. 1. *Hujus autem orationis difficilius est exitum, quam principium invenire* [cf. MURETI VV. LL. XIX, 20. p. 258. edit. FAESI et P. VICTORII VV. LL. XXVI. c. 3. et XX. c. 16.].

§. 40. Οἵτινες καὶ τὰ περὶ τὴν Ἀττικὴν φρούρια καθεῖλον, καὶ ὑμῖν ἐδήλωσαν, ὅτι οὐδὲ τὸν Πειραιᾶ προςταττόντων Λακεδαιμονίων καθεῖλον, ἀλλ' οἷς αὐτοῖς οὕτω τὴν ἀρχὴν βεβαιοτέραν ἐνόμιζον εἶναι. Haec lectio si sana sit, vide quam falsus sit narrator Lysias in re omnibus cognita. Constat enim cum e XENOPHONTE *Hellen.* L. II. c. 2. tum ex hac Or. §. 70. non Triginta-viros jubentibus Lacedaemoniis noluisse Piraeëi muros diruere, sed contra Theramenem eo redigisse civitatem, ut duram hanc conditionem acciperet deberet, quum prius Lacedaemonii tantum utriusque longi muri decem stadia dejici postulassent. Itaque legentem me haec subiit cogitatio, ὅτι ortum ex οἵτ compendio scripturae vocabuli οἵτινες, cujus hic elegans est et efficax repetitio: totumque locum ita fortasse non male restituas: οἵτινες τὸν Πειραῖα οὐδὲ (vel melius οὐ) προςταττόντων Λακεδαιμονίων περιεῖλον, ἀλλ' ὅτι αὐτοῖς οὕτω τὴν ἀρχὴν βεβαιοτέραν ἐνόμιζον εἶναι: *qui Piraeëi muros diruerunt, non jussu Lacedaemoniorum, sed quoniam imperium sic*
250 *firmius sibi fore existimabant.* Caeterum pro ὑμῖν ἐδήλωσαν recte Taylorus et Marklandus correxerunt ὑμᾶς ἐδούλωσαν: similis est locus in *Poliuchum* §. 5. ἐπιδεῖν τὰ τείχη καθαιρούμενα, καὶ τὰς ναῦς τοῖς πολεμίοις παραδεδομένας, καὶ τὸ ὑμέτερον πλῆθος καταδεδουλωμένον. **)

§. 55. Τούτων τοίνυν Φείδων ὁ τῶν τριακον-

---

*) SLUITERI rationem neglexerunt recentt. omnes.

**) At vide BREMI.

τα γενόμενος, καὶ Ἱπποκλῆς καὶ Ἐπιχάρης ὁ Λαμπτρεὺς — ἐπειδὴ αὐτοὶ εἰς τὴν ἀρχὴν κατέστησαν, πολὺ μείζω στάσιν καὶ πόλεμον ἐπὶ τοὺς ἐν Πειραιεῖ, ἢ τοῖς ἐξ ἄστεος ἐποίησαν. Taylorus legit *ἢ τοὺς ἐξ ἄστεος*, non satis feliciter, me judice, contra historiae veritatem. Ostendere vult Lysias tantum abfuisse, ut decemviri, ejectis XXX Tyrannis constituti ad seditiones tumultusque sedandos et exules reducendos, hoc agerent, ut contra bellum motusque auxerint civiumque animos multo magis exacerbarint ac rempublicam perturbarint. Non enim fecerunt seditionem bellumque gravius exulibus, quam urbanis, quum illi, omnia depopulantes atque ad ipsa moenia accedentes, urbem timore miscerent, et urbanos in maximas angustias compellerent. Hoc igitur dixerit Lysias, si ita scripserit: *πολὺ μείζω στάσιν καὶ πόλεμον ἐπὶ τοὺς ἐν Πειραιεῖ τοῖς ἐξ ἄστεος ἐποίησαν* vel *ἐνεποίησαν*. Unam delemus particulam *ἢ* ex ultimis literis verbi praecedentis temere repetitam. *)

§. 57. *Καίτοι τοῦτο πᾶσι δῆλον ἦν, ὅτι εἰ μὲν* 251
ἐκεῖνοι δικαίως ἔφευγον, ὑμεῖς ἀδίκως, εἰ δ' ὑμεῖς ἀδίκως, οἱ τριάκοντα δικαίως. Reiskius sensit ad sententiae nexum et perspicuitatem aliquid deesse, sed nodum dissecat, non solvit, existimans haec verba esse addenda, *ἀλλὰ γὰρ ὑμεῖς μὲν ἀδίκως, ἐκεῖνοι δὲ δικαίως.* Sane fraudi fuit librariis illa verborum *δικαίως* et *ἀδίκως* repetitio, quae si suo ordine composuerimus, nihil arbitror neque ad perspicuitatem neque ad elegantiam defuturum. Verus ordo hic esse videtur: *εἰ μὲν ἐκεῖνοι ἀδίκως ἔφευγον, ὑμεῖς δικαίως, εἰ δ' ὑμεῖς ἀδίκως, οἱ τριάκοντα δικαίως.* Sic enim simul illud affirmatur, quod Reiskius voluit: quale CICERONI dicitur *argumentum ex contrario, de Orat.* L. II. c. 40. **)

§. 77. *Πολλὰς πίστεις αὐτῷ ἔργῳ δεδωκώς, καὶ παρ' ἐκείνων ὅρκους εἰληφώς.* Haud scio an pro *αὐτῷ* scribendum sit *αὐτοῖς*, quo pacto major in his verbis erit efficacia. [Et sic Cod. C.]

§. 81. *Κατηγορεῖτε δὲ Ἐρατοσθένους καὶ τῶν φίλων, οἷς τὰς ἀπολογίας ἀνοίσει, καὶ μεθ' ὧν αὐτῷ ταῦτα πέπρακται.* Dictionem *ἀναφέρειν τινὶ τὴν ἀπολογίαν*,

*) Loci naturam bene perspexit FOERTSCH. in comment. crit. p. 7. seqq. De variata structura, quae TAYLORO offensioni fuit, vide BREMI. ad h. l.

**) Vulgatam habent recentt. omnes.

vel *τὴν αἰτίαν*, nusquam alibi me videre memini, semper dicitur *εἰς τινά*. Quare et hic credo emendandum *εἰς οὓς τὰς ἀπολογίας ἀνοίσει*: praepositionem *εἰς* sequens
252 *οὓς* suo loco expulit. Sic plane §. 64. *νῦν δὲ ὁρῶ τὰς ἀπολογίας εἰς ἐκεῖνον ἀναφερομένας*: §. 28. *εἰς τοὺς τριάκοντα ἀναφέρειν τὴν αἰτίαν*: Ibid. *ἂν εἰς σφᾶς αὐτοὺς ἀναφέρωσι*: in Agorat. §. 55. *ἀκούω δ' αὐτὸν καὶ εἰς Μενέστρατον ἀναφέρειν τι περὶ τῶν γραφῶν*: in Dardan. §. 8. *οὗτοι τὴν αἰτίαν εἰς ἐκείνους ἀνέφερον*. Conf. EURIPIDES in *Oreste* v. 76. *Bacchis* v. 29. *Ione* v. 827. DEMOSTHENES c. *Aphobum* II. p. 838. R. §. 9. *)

§. 83. *Πότερον εἰ αὐτοὺς ἀποκτείνοιτε καὶ τοὺς παῖδας αὐτῶν ἱκανὴν ἂν τοῦ φόνου δίκην λάβοιμεν, ὧν οὗτοι πατέρας καὶ υἱεῖς καὶ ἀδελφοὺς ἀκρίτως ἀπέκτειναν*. Miror neminem animadvertisse scribendum esse *λάβοιτε*, cum in universa hac sententia Lysias secunda, uti dicunt, persona utatur. Neque etiam *μέτοικος* Lysias cum civibus *ἐν τῷ δίκην λαμβάνειν* sine invidia se poterat componere. **)

Adversus Agoratum. §. 19. *Ἐκπέμπουσι γὰρ εἰς τὴν βουλὴν τὴν πρὸ τῶν τριάκοντα βουλεύουσαν Θεόκριτον τὸν τοῦ Ἐλαφοστίκτου καλούμενον· ὁ δὲ Θεόκριτος οὗτος ἑταῖρος ἦν τῷ Ἀγοράτῳ καὶ ἐπιτήδειος· ἡ δὲ βουλὴ πρὸ τῶν τριάκοντα βουλεύουσα διέφθαρτο καὶ Ὀλιγαρχίας ἐπεθύμει, ὡς ἴστε, μάλιστα*. Magnopere demiror fastidiosam illam repetitionem in scriptore brevitatis interdum extra modum studioso a nemine fuisse
253 animadversam. Alterutra senatus descriptio prorsus vacat et sine ullo perspicuitatis damno abesse potest magno cum elegantiae lucro, quae repetitiones ejusmodi inanes respuit; altera autem senatus descriptio necessaria erat ad oppositionem *τῆς βουλῆς τῆς ἐπὶ τῶν τριάκοντα* §. 20.

§. 44. *Ἀνιῶμαι μὲν οὖν ὑπομιμνήσκων τὰς γεγενημένας συμφορὰς τῇ πόλει, ἀνάγκη δ' ἐστὶν, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, ἐν τῷ παρόντι καιρῷ, ἵν' εἰδῆτε, ὡς σφόδρα ὑμῖν ἐλεεῖν προςήκει Ἀγόρατον*. Vitiosam esse hanc lectionem non opus est arguere: meliorem praebet Codex Stephani *μὴ ἐλεεῖν*, quam nihil curasse videtur Reiskius,

---

*) Cum omnibus Codd. interpretes omnes Dativum retinuerunt. Et si naturam Dativi respicias, videtur bene conjungi posse cum *ἀναφ*.

**) Vulgat. habent recent. omnes.

cum *de suo praeposuerit* οὐκ *ante vocem* ἐλεεῖν, quod mihi quidem frigidum videtur. Vehementius quoddam verbum requiritur ad sententiae gravitatem: forte in lectione, quam praebet Margo Stephani μὴ ἐλεεῖν, haec latet antiqua et germana: ὡς σφόδρα ὑμῖν μισεῖν προσήκει Ἀγόρατον. Ita Apol. Mantithei §. 18. χρὴ — οὐκ εἴ τις τολμᾷ διὰ τοῦτο μισεῖν: §. 19. οὐκ ἄξιον ἀπ' ὄψεως, ὦ βουλή, οὔτε φιλεῖν, οὔτε μισεῖν οὐδένα: p. bonis Aristoph. §. 4. ὥστε ὑπὸ πάντων τῶν πεπραγμένων μισηθέντες ἀπελθεῖν. ANTIPHON περὶ χορ. §. 33. ἀποδείξω ὑμῖν τοὺς κατηγόρους ἀξίους οὐ μόνον ὑπ' ἐμοῦ μισεῖσθαι, ἀλλὰ καὶ ὑφ' ὑμῶν πάντων καὶ τῶν ἄλλων πολιτῶν. DEMOSTHENES *in Pantaenetum* p. 982. R. §. 54. ὡς ὃς ἂν σοὶ δανείσῃ, τοῦτον δημοσίᾳ μισεῖσθαι προσήκει.*)

§. 62. Εἰ μὲν οὐ πολλοὶ ἦσαν. Nemo dubitet, 254
quin legi oporteat εἰ μὲν οὖν οὐ πολλοὶ ἦσαν: hanc copulam requiri manifestum est, ne hiulca sit Oratio.

§. 86. Δοκοῦσι δ' ἔμοιγε οἱ ἕνδεκα, οἱ παραδεξάμενοι τὴν ἀπαγωγὴν ταύτην, οἰόμενοι Ἀγοράτῳ συμπράττειν τότε καὶ διϊσχυριζόμενοι σφόδρα ὀρθῶς ποιῆσαι Διονύσιον τὴν ἀπαγωγὴν ἀπάγειν ἀναγκάζοντες προσγράψασθαι τότε ἐπ' αὐτοφώρῳ, ἢ ὅπου ἂν ᾖ, πρῶτον μὲν ἐναντίον πεντακοσίων ἐν τῇ βουλῇ, εἶτα πάλιν ἐναντίον Ἀθηναίων ἁπάντων ἐν τῷ δήμῳ ἀπογράψας τινὰς ἀποκτείνειε, καὶ αἴτιος γένοιτο τοῦ θανάτου· οὐ γὰρ δήπου τοῦτο μόνον οἴεται ἐπ' αὐτοφώρῳ, ἐάν τις ξύλῳ ἢ μαχαίρᾳ πατάξας καταβάλῃ κ. τ. λ. In hisce verbis emendandis omnes Lysiae interpretes elaborarunt, hic illo felicius, ita tamen, ut nullius plane probari possit sententia. Reiskiana certe conjectura ejusmodi est, ut et a verisimilitudine et a mente Lysiae procul absit. Equidem quamquam verum me invenisse non ausim dicere, id tamen me praestitisse credo, ut paucis tantum mutatis, quod in loco corruptissimo profecto licet, si non verba Oratoris germana restituerim, mentem certe ac sententiam fere expresserim. Itaque locum, quemadmodum mihi visus est emendandus, primum adscribam, postea de singulis deinceps dicam. Δοκοῦσι δ' ἔμοιγε οἱ ἕνδεκα, οἱ 255
παραδεξάμενοι τὴν ἀπαγωγὴν ταύτην, οὐκ οἰόμενοι Ἀγοράτῳ συμπράττειν τότε, ἀλλὰ διϊσχυριζόμενοι σφόδρα ὀρθῶς ποιῆσαι Διονύσιον, τὴν ἀπαγωγὴν εἰσάγειν, ἀναγκάζοντες προσγράψασθαι τόγε ἐπ' αὐτοφώρῳ, ἐπει-

*) At vide FOERTSCH. et FRANZ.

δὴ πρῶτον μὲν ἐναντίον πεντακοσίων ἐν τῇ βουλῇ, εἶτα πάλιν ἐναντίον Ἀθηναίων ἁπάντων ἐν τῷ δήμῳ ἀπογράψας τινὰς ἀποκτείνειε καὶ αἴτιος γένοιτο τοῦ θανάτου· οὐ γὰρ δήπου τοῦτο μόνον νομίζεται ἐπ' αὐτοφώρῳ caet. *Videntur autem mihi undecimviri, apud quos facta est hujus causae accusatio, et a quibus est probata, non quod Agorato hoc profuturum existimarent, sed eo ipso confirmantes recte et jure agere Dionysium, hanc litem in forum inducentes coegisse Dionysium libello adscribere, se accusare Agoratum, ut homicidam, ἐπ' αὐτοφώρῳ, quod primum quidem coram senatu quingentorum, deinde coram toto populo in concione, per suam accusationem nonnullos interfecisset, suppliciique eorum auctor fuisset. Neque enim hoc solum censetur esse ἐπ' αὐτοφώρῳ, si quis armis aggressus aliquem occidat* caet. Hujus autem conjecturae rationem ut recte probemus, de officio τῶν Ἕνδεκα erit videndum, quorum frequens est in foro Attico mentio. Undecimviri dicti sunt quia decem erant, e singulis Tribubus unus, sorte lecti, quibus undecimus adnumerabatur scriba, au-
256 ctoribus POLLUCE L. VIII. Sect. 102. postea autem nomen eorum mutatum esse eosque νομοφύλακας item θεσμοφύλακας fuisse dictos tradunt POLLUX d. l. ULPIANUS *ad Demosthenis Timocrateam* p. 457. §. 131. et Scholiastes *ad Aristoph. Vespas* v. 1103. Verum νομοφυλάκων nomen unde τοῖς Ἕνδεκα venerit, equidem non intelligo, quum nihil ipsis cum legum custodia fuerit commune aliusque hoc nomine magistratus Athenis antiquitus exstiterit. Itaque potius opinor νομοφυλάκων nomen fictum esse ad exemplum θεσμοφυλάκων, hoc autem corruptum esse et vere vocatos fuisse δεσμοφύλακας: quam item video esse sententiam FLORENTIS CHRISTIANI *ad d. l. Aristophanis*. Praecipue enim eorum muneris erat cura carceris et vinctorum, iisque capitis damnati tradebantur; unde παραδιδόναι τοῖς Ἕνδεκα nihil aliud est, quam *tradere ad supplicium*. Non autem suis ipsi manibus id peragebant, sed fieri curabant a δημοκοίνῳ sive carnifice, qui mortuorum quoque corpora curabat: vid. ANTIPHONTEM κατηγ. φαρμ. §. 20. PLATONEM in *Phaedone* p. 117. A. POLLUCEM L. VIII. Sect. 71. L. IX. Sect. 10. Si quis autem e carcere fuga esset elapsus, undecimvirorum erat illum investigare et in carcerem reducere. Vid. DEMOSTHENEM *in Aristogit.* I. p. 787. R. §. 56. Theramenem quomodo un-
257 decimviri abduxerint. Vid. apud XENOPHONTEM *Hellen.* L. IV. c. 4. §. 22. Neque vero sola hac carceris

cura munus eorum constabat, sed habebant etiam jurisdictionem, eorumque tribunal erat in Parabysto: HARPOCRATION v. *Παράβυστον· οὕτως ἐκαλεῖτο τι τῶν παρ' Ἀθηναίοις δικαστηρίων, ἐν ᾧ ἐδίκαζον οἱ Ἕνδεκα.* Fiebat apud eos accusatio omnium criminum privatorum, quibus poena mors esset: vid. *Etymologicum M.* in v. Certe de furibus fuisse illis jurisdictionem apparet ex ISAEO *de Nicostr. Hered.* p. 49. v. 23. DEMOSTHENE *Except. adv. Lacr.* p. 940. R. §. 47. de grassatoribus (*λωποδύταις*) et plagiariis (*ἀνδραποδισταῖς*) e LYSIA c. *Theomn.* §. 10. Conf. HARPOCRATIONEM v. *Ἄπαγε,* POLLUCEM L. VIII. Sect. 102. et Scholiasten *ad l. c. Aristophanis.* Judicabant etiam de aliis nonnullis *ἐνδείξεως* speciebus: cui rei cum hic Lysiae locus indicio est, tum DEMOSTHENES *in Timocr.* p. 733. R. §. 105. seq. et ETYMOLOGUS l. c. Haec autem ad undecimviros in jus vocatio dicebatur *ἀπαγωγή*: vid. POLLUCEM et HARPOCRATIONEM loc. cit. Animadvertebant praeterea in eos, qui aerario debentes solvere nollent, pecuniasque debitas vel in judicio Reipublicae nomine ab iis petebant, vel ex officio exigebant: vid. DINARCHUM *in Aristogitonem* p. 106. §. 13. DEMOSTHE- 258
NEM *in Androtion.* p. 608. R. §. 49. seq. Videntur etiam adfuisse, si in causa publica servus testimonii gratia torqueretur: vid. DEMOSTHENEM *in Nicostratum* p. 1254. R. §. 23. Ex lege autem Timocratis eos, qui in vinculis essent *εἰσαγγελίᾳ* in jus vocati, si condemnatio eorum a scribis singularum Prytaniarum non esset Thesmothetis edita, in judicium debebant adducere, auctore DEMOSTHENE *in Timocr.* p. 720. R. §. 63. Fiebant denique coram iis descriptiones sive *ἀπογραφαὶ* fundorum et aedificiorum, de quibus item lites in forum inducebant, eaque, quae Heliaea publicari decrevisset, tradebant venditoribus; *Etymologicon* d. l. *εἰσῆγον δὲ καὶ τὰ ἀπογραφόμενα χωρία [καὶ] οἰκίας· καὶ τὰ δημόσια εἶναι δόξαντα παρεδίδουν τοῖς πολίταις*: leg. *τοῖς πωληταῖς*; erant enim *Πωληταὶ* Athenis decem numero, qui cum alias publicas res, uti metalla et vectigalia, tum etiam bona proscripta vendebant: vid. POLLUX Lib. VIII. Sect. 99. HARPOCRATION v. *Πωληταί,* SIGONIUS *de Republica Atheniensium* L. IV. c. 3. Miserrimo errore JOACHIMUS STEPHANUS *τοὺς Ἕνδεκα* eosdem habet quos decem Proëdros, *de Jurisdict. Vet. Graec.* c. 3. (in *Thesauro* GRONOVII T. VI. p. 2692.). De Undecimviris eorumque munere conf. BUDAEUS *Comment. L. Gr.* p. m. 252. UBBO EMMIUS *de Republ. Athe-* 259

niensium c. 10. (in *Thesauro* GRONOVII T. V. p. 1332.) et praecipue CAR. SIGONIUS l. modo cit. Horum muneri simile erat olim Romae munus Triumvirorum Capitalium: vid. POMPONIUS L. 2. §. 30. *π. de O. J.* ABRAMIUS *ad Ciceronem pro Cluentio* c. 8. BUDAEUS *Annot. Poster. ad Tit. π. de Muner. et Honor.* p. 267. G — K. Haec autem jurisdictio τῶν Ἕνδεκα ejusmodi erat. Actor reum ad illos in jus vocabat, et coram iis causam accusandi, delictum nempe rei exponebat: quo facto si reus id non negaret, habebatur pro confesso atque ab ipsis Undecimviris condemnabatur et capite puniebatur; sin reus negaret, ad majus tribunal rem referebant, ut judices, ad quos ea res pertineret, de delicto cognoscerent et statuerent: in quo judicio si esset condemnatus, iterum illis tradebatur ad supplicium, vid. POLLUX et ETYMOLOGUS loc. cit. Magistratus autem illi, qui habebant εἰσαγωγὴν εἰς τὸ δικαστήριον (quae plurimis locis τοῖς Ἕνδεκα tribuitur) prius litem examinabant, tum vero vel negabant se illam in forum esse inducturos (quod dicitur ἀφιέναι), si actorem inique petere manifesto appareret, vel si de re illa non haberent jurisdictionem, vel denique si vitium aliquod esset in libello vel formula accusationis, quod colligo e LYSIA *c.*
260 *Theomn.* §. 9. seqq. Scholiaste *ad Aristophanis Ecclesiaz.* v. 1018. vel facultatem dabant reum in judicio persequendi (quod hic dicitur παραδέχεσθαι et l. modo cit. ἀποδέχεσθαι), si res non statim posset expediri: tum vero illi Magistratus judicium constituebant, actionem dabant et in judicio praesidebant: vid. HARPOCRATION v. Ἡγεμονία δικαστηρίου. Conf. BUDAEUS *Annot. Post. ad Tit. π. de Appell.* p. 250. F. et *Comment. L. Gr.* p. 97. seq. et hinc LYSIAS *Or.* II. *in Alcibiadem* non tantum judices, sed et praecipue Strategos, utpote judicii praesides, orat, ut neutri, neque actori, neque reo magis sint benevoli; atque ibidem dicuntur in illo judicio οἱ στρατηγοὶ τὴν ψῆφον διδόναι τοῖς δικασταῖς, *judices in suffragia mittere*, quippe qui litem in forum induxerant. Sunt haec fortasse paullo fusiora, sed ad consilium nostrum necessaria: nam (ut eo redeam, cujus causa haec instituta est disputatio) non ipsi Undecimviri accusabant Agoratum, quod est ἀπάγειν ἀπαγωγὴν, neque cogebant Dionysium, ut Agoratum accusaret, neque etiam ut in lite perseveraret; reos enim pendente lite ab ea potuisse desistere ante latam sententiam, docet ISOCRATES *Except. Adv. Callim.* p. 378. D. sed actorem cogere vel certe ei suadere poterant, ut in libello ali-

quid mutaret, si de causa ad judices referri vellet. Itaque pro τὴν ἀπαγωγὴν ἀπάγειν caet. propter dictas ra- 261
tiones legendum videtur τὴν ἀπαγωγὴν εἰςάγειν, ἀναγκάζοντες προςγράψασθαι τὸ ἐπ' αὐτοφώρῳ. Dicitur autem εἰςάγειν ἀναγκάζοντες pro εἰςάγοντες ἀναγκάζειν; qualis constructio et Poëtis et Oratoribus in usu est; sic ipse LYSIAS apud DIONYSIUM HALICARNASSEUM in *Vita* p. 311. ἐλθὼν δ' ἐγὼ ἠγανάκτουν μὲν πρὸς Ἡγήμονα: ARISTOPHANES *Eccles.* v. 301. ἡνίκ' ἐλθόντ' ἔδει λαβεῖν ὀβολὸν μόνον: apud EURIPIDEM *Phoeniss.* v. 1266. φίλτρ' ἐπῳδῶν Scholiastes dici ait pro ἐπῳδὰς φίλτρων: *Bacchis* v. 518.

Ἡμᾶς γὰρ ἀδικῶν, κεῖνον εἰς δεσμοὺς ἄγεις·

ubi sic videtur interpungendum ἡμᾶς γὰρ, ἀδικῶν κεῖνον, εἰς δεσμοὺς ἄγεις, ut sensus sit ἡμᾶς γὰρ εἰς δεσμοὺς ἄγων ἐκεῖνον ἀδικεῖς. Jam pergit Lysias rationem reddens, cur sibi videantur οἱ Ἕνδεκα jussisse adscribere verba ἐπ' αὐτοφώρῳ, quam hanc esse existimat, ἐπειδὴ πρῶτον μὲν κ. τ. λ. etenim illud ἢ ὅπου ἂν ᾖ nullum habet sensum et manifesto deest verbum, quod causam contineat cur hoc jusserint Undecimviri; ἐπειδὴ autem conjunctivum ἀποκτείνειε — γένοιτο secum habet, quia oratio non est absoluta, sed pendet a praecedenti δοκοῦσι ἔμοιγε εἰςάγειν. Denique quod ultimo loco pro οἴεται reposui νομίζεται id ipsa ratio postulat et quisque com- 262
probabit. Nam Reiskii explicatio: *non enim tanta est Agorati stultitia et tarditas, ut existimet* caet. durissima est, quoniam mox ad ipsum Agoratum dicit ἐπεὶ ἔκ γε τοῦ σοῦ λόγου κ. τ. λ. Verbo νομίζειν ita saepissime utuntur: οἴεσθαι passive apud solutae orationis scriptores in usu esse non credo; illa enim loca ubi ita dici videri possit, si bene consideres, non ita sunt accipienda: exemplo sit locus XENOPHONTIS *Hellen.* L. III. c. 4. §. 17. πάντες πολεμικὰ ὅπλα κατεσκεύαζον, ὥστε τὴν πόλιν ὄντως οἴεσθαι πολέμου ἐργαστήριον εἶναι, quod idem est ac si dixisset, ὥστε οἴεσθαι τινὰ vel τοὺς ἰδόντας, *ut putares revera totam urbem esse belli armamentarium*: atque ad eandem rationem alia quoque similia loca, quamvis pauca sint, etiam apud Poëtas explicari possunt. *)

*) De ἢ ὅπου ἂν ᾖ vide PLATNERI Process. T. I. p. 261. Caeterum locum, quem ULRICHIUS (die Eilfmänner p. 245.)

§. 90. *Οὐδένα γὰρ ὅρκον οἱ ἐν Πειραιεῖ τοῖς ἐν ἄστει ὤμοσαν.* Marklandus conjecit *τοῖς οὐκ ἐν ἄστει,* alii *τοῖς ἐν Πειραιεῖ.* Forte non deterius legamus *οἱ ἐν Πειραιεῖ, εἰ μὴ τοῖς ἐν ἄστει.* Videmus autem cum ex hac causa, tum ex aliis, quam parum illud jusjurandum valuerit ad minuendas civium discordias et prohibendas accusationes. *)

Adversus Alcibiadem Ἀστρατείας inscribitur altera
263 in Alcibiadem magni Alcibiadis filium Oratio: quamquam abunde probasse videtur Marklandus, nihil aliud eam esse, nisi finem prioris Orationis, cujus rationibus etiam haec accedat, longiorem esse hujus Oratiunculae perorationem, quam proportio ad reliquas partes patiatur. Quare non video, cur Reiskius probabilem Marklandi sententiam repudiarit, atque hanc Oratiunculam putarit esse *δευτερολογίαν.* **)

§. 4. *Ἐνθυμουμένους, ὅτι οὐδὲν δεήσει ὑμᾶς ἰδίᾳ περὶ τῆς ἀστρατείας βοηθεῖν ἢ τούτους ὧν τινὰς δεῖσθαι, αὐτοὺς τὴν ψῆφον διδόντας.* Miror facillimam emendationem nemini in mentem venisse, ad quam ipsa nos ducit corruptela. Videtur in antiquioribus Codd. duplex fuisse lectio, altera *ἢ τούτους δεῖσθαι,* altera *ἢ τούτων τινὰς δεῖσθαι.* Itaque recentiores descriptores arbitror vocabulo *τούτους* superscripsisse discrimen lectionis *ων τινὰς,* quod in aliis Codd. invenerant. Utrumvis eligas, locus erit persanatus: *cogitantes non oportere vos privatim pro Alcibiade in hoc ἀστρατείας judicio intercedere, neque hos etiam strategos oportere, judices, quos ipsi in suffragia mittunt, exorare.* ***)

Apologia pro Mantitheo §. 4. *Ἡμᾶς γὰρ ὁ πατὴρ πρὸ τῆς ἐν Ἑλλησπόντῳ συμφορᾶς ὡς Σάτυρον τὸν ἐν τῷ Πόντῳ διαιτησομένους ἐξέπεμψε· καὶ οὔτε τῶν τειχῶν καθαιρουμένων, οὔτε μεθισταμένης τῆς πολιτείας,*
264 *ἀλλ' ἤλθομεν πρὶν τοὺς ἀπὸ Φυλῆς εἰς τὸν Πειραιᾶ κατ-*

---

et MEIERUS (Ord. Jud. p. 228.) corruptum, implicatum et lacunosum dixerunt, bene perspexerunt BREMIUS et FRANZIUS. De *οἴσται,* quod Bremium male habuit; vide FOERTSCHII Observatt. p. 34.

*) Recentt. tamen interprett. receperunt Palmerii conjecturam *τοῖς ἐν Πειραιεῖ.*

**) At vide SCHOEMANNI Ord. Jud. p. 709. n. 19.

***) Recentt. cum Codice C scripserunt *τούτων.*

ἐλθεῖν πρότερον πένθ' ἡμέραις. Ostendere vult Orator ex persona Mantithei, cum sub trigintavirali dominatione brevi tantum tempore in urbe fuisse, quare et profectionis et reditus tempus accurate designandum erat. Si vero ita locum legamus, dicit Mantitheus se rediisse, nondum dirutis muris, neque mutato Reipublicae statu, sed quinque diebus antequam exules Phyle profecti Piraeëum caperent. Ne de aliorum conjecturis quid dicam, mihi legendum videtur — *ἐξέπεμψεν, οὔτε τῶν τειχῶν καθαιρουμένων, οὔτε μεθισταμένης τῆς πολιτείας· κατήλθομεν δὲ πρὶν κ. τ. λ.* Hunc vero Mantitheum diversum esse credo ab eo, cujus mentio est apud XENOPHONTEM *Hellen.* L. I. c. 1. §. 6. et c. 3. §. 9. is autem forte idem sit, de quo dicit ANDOCIDES *de Mysteriis* §. 43. diversus item uterque ab eo, pro quo scriptae exstant DEMOSTHENIS *in Boeotum* Orationes. *)

In Poliuchum §. 7. *Συνήδεσαν γὰρ ἅπασιν αὐτοῖς ὑπὸ τῆς πολιτείας τιμωμένοις.* Recte Marklandus vidit esse in his verbis corruptelam, sed minus recte pro *ἅπασιν* restituit *ἅπαντες*; non enim in hoc verbo vitium est, sed in verbo *συνήδεσαν*, pro quo scribendum *συνήδει*. Sermo est de Nicerato Niciae filio, quem dicit Lysias *nullam aliam ob causam inimicum fuisse tyrannis* 221 *ab iisque interfectum, nisi quod popularis imperii fuisset studiosus: populari autem imperio eum studuisse, non tantum propter se ipsum, sed etiam majorum causa, quos scierit omnes liberae Reipublicae temporibus fuisse in honore:* *συνήδει αὐτοῖς τιμωμένοις*, idem est atque *ᾔδει αὐτοὺς τιμωμένους*, qui usus verbi *συνειδέναι* frequens est. PSEUDO-LYSIAS *in Andocidem* §. 32. *συνειδότας αὐτῷ ἔργα ἀνόσια εἰργασμένῳ*, ubi non audiendus Taylorus *αὐτῷ* reponens: ISOCRATES *de Permut.* p. 319. §. 48. *συνίσασι γὰρ τοῖς μὲν διὰ φιλοπραγμοσύνην ἐμπείροις τῶν ἀγώνων γεγενημένοις.* De particula *ὑπὸ* quin recte se haberet, nulla erat ratio quare Reiskius dubitaret: *ἀπὸ* vel *ὑπὲρ*, quod ille vult, nullum hic locum habet: *ὑπὸ* non notat *ob*, *propter*, ut Reiskius opinatur, sed dicitur de tempore: LYSIAS *in Theomn.* II. §. 9. *ἑβδομήκοντα δ' ἐτῶν ὢν ὑπ' ὀλιγαρχίας ἐτελεύτησε.* ISOCRATES *Areopag.* p. 156. §. 82. *ὑπὸ — ἐκείνης τῆς εὐταξίας.* Eandem notionem habet *ἐπὶ*. Vid. LYSIAM in Eratosth. §. 17. ubi recte hanc parti-

*) At vide BREMII Excurs. III. p. 438.

culam tuetur Reiskius, §. 65. in Agoratum §. 2. et 36. XENOPHONTEM *Memorab.* L. III. c. 5. §. 10. ISOCRATEM *Areopag.* p. 150. §. 54. p. 154. §. 69. *)

§. 9. *Μετ' ὀλίγων δὲ τῶν ἐκπεπτωκότων, οὔτ' ἐπὶ*
266 *τὴν πόλιν ἐπεστρατεύσατο, οὔτ' εἰς Δεκέλειαν ἀφίκετο.*
Nescio quid causae sit, cur Viri Docti vitiosa haec esse crediderint; Marklandus enim vult *μετὰ πολιτῶν* vel *μετ' ἄλλων*: Reiskius *μετ' οὐκ ὀλίγων*, quod si scriptum hic invenissem, reposuissem *μετ' ὀλίγων*. Tanta enim dicitur fuisse virtus Diogneti, ut injuste civitate pulsus non fecerit, quod exules plerique, qui patriae quovis modo damnum intulerint; sed ut ipse praeter caeteros aut cum paucis noluerit injuriam illatam ulcisci; ut neque contra patriam arma gesserit, neque Deceleam abierit, cum Lacedaemoniorum praesidio Athenas vexaturus. Exules autem plerosque Deceleam abiisse ibique separatam suorum habuisse cohortem, apparet e loco LYSIAE *pro Polystrato* §. 28. Conf. ANDOCIDES *de Mysteriis* §. 10. [cf. KRUEGER. ad Dionys. p. 389.] Fuisse inter conditiones pacis cum Lacedaemoniis factae, ut exules reciperent Athenienses, res nota est: vide v. g. ANDOCIDEM *de Mysteriis* §. 80. *de Pace* §. 11. fin. XENOPHONTEM *Hellen.* L. II. c. 2. §. 12.

De Bonis Aristophanis §. 10. *Μὴ οὖν προκαταγινώσκετε ἀδικίαν τοῦ εἰς αὐτὸν μὲν μικρὰ δαπανῶντος, ὑμῖν δὲ πολλὰ καθ' ἕκαστον τὸν ἐνιαυτόν.* Verbo *δαπανᾶν* numquam dativus jungitur hominis, vel rei, in quam sumtus impenduntur: itaque aliud verbum quaerendum est, a quo dativus ille pendeat; quod invenisse
267 mihi videor latens in articulo *τὸν*, qui melius hinc abesset; quare ita restituendum arbitror. — *ὑμῖν δὲ πολλὰ καθ' ἕκαστον δόντος ἐνιαυτόν.* Ita etiam in Epicrat. §. 10. *τὰ ἑαυτῶν ὑμῖν διδόναι.* — Ad §. 6. in M. Ald. haec erant notata; „*διαβολὴ πάντων δεινότατον·* ARI„STOTELES L. II. Rhetor. *περὶ ὀργῆς.*" **)

§. 13. *Ἐπειδὴ δοῦναι οὐκ εἰδὼς τὴν ἐσομένην διαβολήν, ἄλλως τε καὶ ὑμῶν ὁστισοῦν ἂν ἐκείνοις ἠξίωσε κηδεστὴς γενέσθαι.* Nemo animadvertit nexum his verbis plane deesse. Memorabilis est lectio Codd. Coisl. et Vindob. quam in libellum variarum lectionum rejecit Reiskius, e qua tamen unice sanandus est hic locus.

*) Pluralem bene tuetur Bremius.

**) BREMIUS recte Zeugma statuit.

Ibi enim scriptum exstat ἄλλοτε καί: quae verba si bene distinguantur, veram continent lectionem ἀλλ' ὅτε καὶ ὑμῶν ὁστισοῦν ἐκείνοις ἠξίωσε κηδεστὴς γενέσθαι: *filiam ei in matrimonium collocavit, cum nondum sciret futuram calumniam, sed cum vestrum unusquisque affinitatem cum iis lubens contraxisset.*

§. 15. Τὰς τοίνυν ἐμὰς ἀδελφὰς θελόντων τινῶν λαβεῖν ἀπροίκους πάνυ πλουσίων, οὐ δέδωκεν, ὅτι ἐδόκουν κακίον γεγονέναι. Nihil video, nisi hic legendum sit κακίονες vel κακίους. *)

§. 23. M. Ald. ἀλλ' οὐχ οἷον ἦν δυνατός.

§. 28. Ἀλλ' ἐκεῖνο ἐνθυμεῖσθε, ὅτι πρὶν Νικοφήμῳ ἢ καὶ Ἀριστοφάνει, πρὶν τὴν ναυμαχίαν νικῆσαι γῆ 268
μὲν οὐκ ἦν ἀλλ' ἢ χωρίδιον μικρὸν Ῥαμνοῦντι. Magnum sententiae detrimentum afferunt verba πρὶν Νικοφήμῳ ἢ καὶ Ἀριστοφάνει, quae credo e margine in contextum irrepsisse. Verisimilius est enim haec omnia profecta esse ab adnotatore, qui in margine scripserit, sibi non constare de Nicophemo, an de Aristophane sermo esset, quam, quod voluit Reiskius, solum verbum Ἀριστοφάνει esse retinendum: ita enim nulla apparet causa, cur reliqua adderentur. Neque necesse est perspicuitatis causa adjici nomen Aristophanis, cum e superioribus clare appareat haec de eo solo posse dici. **)

§. 34. Εἴ τις ὑμῶν ἔτυχε δοὺς Τιμοθέῳ τῷ Κόνωνος τὴν θυγατέρα ἢ τὴν ἀδελφὴν — διὰ τούτου ἠξίουν τοὺς ἐκείνου καὶ τοὺς προσήκοντας ἀπολέσθαι, ὅτι οὐδὲ πολλοστὸν μέρος τῆς δόξης τῆς παρ' ὑμῖν ἐφάνη τὰ χρήματα. Alii ἀναγκαίους, vel παῖδας, vel οἰκείους excidisse putant, aut voculas τοὺς et καὶ delent. Mihi primum quidem cum Reiskio scribendum videtur, διὰ τοῦτ' οὖν ἠξιοῦτε: deinde arbitror ante v. ἐκείνου excidisse v. κηδεστάς, quod verbum deesse apparet ex argumenti totius ratione: hoc enim nullam vim habebit in causa actoris, qui erat Aristophani affinis, nisi hic in pari exemplo κηδεστῶν fiat mentio, praesertim quum dicat, εἴ τις ὑμῶν 269
ἔτυχε δοὺς — τὴν θυγατέρα ἢ τὴν ἀδελφήν: quae quorsum valeant, nisi hic item affines memoret?. Sic etiam οἱ προσήκοντες καὶ οἱ κηδεσταὶ junguntur §. 48. ***)

---

*) SLUITERUM errare BREMIUS docuit.

**) Sic omnes interprett. c. DOBREO in Advers. T. I. p. 238.

***) SLUITERI rationem valde probabilem, minime tamen necessariam respuebant interpretes omnes.

§. 38. Ἡγοῦντο δὲ καὶ τὰ ἐκεῖ ὅμως σφίσιν εἶναι ἴσα, ὥςπερ καὶ τὰ ἐνθάδε. Nihil mutandum nisi ὅμως, pro quo scribendum ὁμοίως. *)

§. 48. Καλλίας τοίνυν ὁ Ἱππονίκου, ὅτε νεωστὶ ἐτεθνήκει ὁ πατὴρ, ὃς πλεῖστα τῶν Ἑλλήνων ἐδόκει κεκτῆσθαι, καὶ ὡς φησὶ διακοσίων ταλάντων ἐτιμήσατο αὐτοῦ ὁ πάππος, τότε τούτου τοίνυν τίμημα οὐδὲ δυεῖν ταλάντοιν ἐστι. Forte ita scribendum καὶ ὥς φασὶ — τόγε τούτου κ. τ. λ. *Hujus igitur census ne duorum quidem talentorum est.* De re ipsa dixi Cap. V. *)

§. 58. Τριάκοντα γὰρ ἔτη ἐστιν, ὅσα ὁ πατὴρ αὐτοῖς χρήμασι καὶ τῷ σώματι τῇ πόλει ἐλειτούργει. Non ignoro pronomen αὐτὸς cum nomine in dativo positum vim exprimere praepositionis σὺν, de quo usu egit elegantissimus PIERSONUS *Verisimil.* L. I. c. 3. p. 40. verum is ab hoc loco alienus est. Me quidem judice multo melius hic legatur καὶ τοῖς χρήμασι καὶ τῷ σώματι. ***)

Pro Polystrato §. 4. Ὅστις μὲν οὖν ἄτιμος ὢν

270 κακόν τι ἐργασάμενος ἐν τῷ πρόσθεν χρόνῳ ἑτέρας πολιτείας ἐπεθύμησε, διὰ τὰ πρόσθεν ἁμαρτήματ' αὐτοῦ ἕνεκ' ἂν ἔπραττε. Generatim haec dicuntur non de uno Polystrato, uti Marklandus opinatur. Ipsa nos sententia et literarum similitudo ducit ad conjecturam, διὰ τὰ πρόσθεν ἁμαρτήματ' αὐτοῦ ἐκεῖν' ἂν ἔπραττε. ****)

§. 10. Δεινὸν δὲ μοὶ δοκεῖ εἶναι, εἰ τοῖς εἰποῦσι περὶ τὸ πλῆθος τὸ ὑμέτερον μὴ τὰ ἄριστα ὁ μηδὲν εἰπὼν ταὐτὰ πείσεται, καὶ ἐν μὲν ἑβδομήκοντα ἔτεσιν οὐδὲν ἐξήμαρτον εἰς ὑμᾶς ἐν ὀκτὼ δ' ἡμέραις, καὶ οἱ μὲν τὸν βίον ἅπαντα πονηροὶ ὄντες χρηστοὶ ἐν τῷ λογιστηρίῳ γεγένηνται, πείσαντες τοὺς κατηγόρους, οἱ δ' ἀεὶ ὑμῖν χρηστοὶ ἦσαν, οὗτοι πονηροί. Hunc locum primum, quoniam occasio fert, tuebor, ubi sanus est et ab aliis tentatus, deinde, quae corrupta sunt, emendare conabor. Et primum quidem ea, quae corrupta censet Reiskius, τοῖς εἰποῦσι περὶ τὸ πλῆθος τὸ ὑμέτερον μὴ τὰ ἄριστα,

---

*) At vide BREMIUM.

**) Cum optimo BEKKERI Codice recentt. omnes scripserunt τὸ τούτου τοίνυν. De Anacolutho hic admisso vide BREMIUM et HARNISCHIUM (ad Lysiae Amator. p. 59.)

***) Et sic jam AUGERUS, quem secuti sunt recentiores omnes.

****) Vulgatam retinuerunt recentt. omnes.

ea nos omni labe carere judicamus, neque πρὸς pro περὶ, neque pro accusativo genitivum substituendum censemus, quia περὶ τὸ πλῆθος non pendet a verbo εἰποῦσι, sed a nomine τὰ ἄριστα. Adjectiva ἀγαθὸς, χρηστὸς et similia, praepositioni περὶ cum accusativo junguntur: LYSIAS *in Agor.* §. 2. ἄνδρας ὄντας ἀγαθοὺς περὶ τὸ πλῆθος τὸ ὑμέτερον: §. 60. οὕτω χρηστὸς ἦν καὶ περὶ τοὺς δεδεμένους, καὶ περὶ τὸν δῆμον τῶν Ἀθηναίων. 271
ARISTOPHANES *Thesmophor.* v. 313.

Καὶ τὴν δρῶσαν, τὴν ἀγορεύουσαν
Τὰ βέλτιστα περὶ τὸν δῆμον τῶν Ἀθηναίων,
Καὶ τὸν τῶν γυναικῶν,
Ταύτην νικᾶν.

In sequentibus constructionem verborum perturbatam suo ordine reponam, *καὶ οἱ μὲν τὸν βίον ἅπαντα πονηροὶ ὄντες, χρηστοὶ ἐν τῷ λογιστηρίῳ γεγένηνται πείσαντες τοὺς κατηγόρους, οἱ δ' ἀεὶ ὑμῖν χρηστοὶ ἦσαν, καὶ ἐν μὲν ἑβδομήκοντα ἔτεσιν οὐδὲν ἐξήμαρτον εἰς ὑμᾶς, ἐν ὀκτὼ δ' ἡμέραις, οὗτοι πονηροί.* *)

§. 14. *Καὶ ἐδόκει ἐκεῖ τὴν ψυχὴν οὐ κακὸς εἶναι ἐν ταῖς ναυμαχίαις, καὶ τετρωμένος δεῦρ' ἦλθε, καὶ ἤδη μετεπεπτώκει τὰ πράγματα, καὶ οὗτος μὲν κ. τ. λ.* Vide quam ingrata sit frequens illa et accumulata repetitio copulae *καὶ*. Mihi sane videtur multo venustior fore sententia, si pro *καὶ ἤδη* scribatur *ἐπεὶ ἤδη* vel *ἐπειδή*. **)

In Evandrum §. 13. *Ἄρ' οὖν οἴεσθε αὐτοὺς χαλεπῶς διακεῖσθαι, καὶ ὑμᾶς αὐτῶν αἰτίους ἡγήσασθαι, ὅταν γένωνται ἐν ἐκείνοις τοῖς χρόνοις, ἐν οἷς αὐτῶν πολλοὶ εἰς τὸ δεσμωτήριον ἀπήγοντο κ. τ. λ.* Loci corruptissimi priorem partem feliciter emendavit Stephanus *ἆρ' οὐκ οἴεσθε — διακείσεσθαι — ἡγήσεσθαι*; posterius 272
quid sit, nemo facile dixerit. Vide mecum an non ita scripserit Orator: *ὅταν ἐννοῶνται ἐν ἐκείνοις τοῖς χρόνοις ὡς αὐτῶν πολλοὶ εἰς τὸ δεσμωτήριον ἀπήγοντο.* Retinendum est *ὅταν*, ut apte sequatur *κἀκεῖνο προσενθυμηθῶσιν.* ***)

---

*) Ubi cum recentt. omnibus scripseris ἐξήμαρτεν, non est cur vulgata lectio mutetur.

**) Recentt. tamen καὶ ἤδη retinuerunt.

***) Vulg. retinuerunt recentt. omnes. DOBRAEUS in Advers. T. I. p. 251. laudat Aeschin. c. Timarch. §. 179. et c. Ctesiph. §. 153.

In Nicomachum §. 4. *Καὶ ὅσα χειρίσας μόνος οὗτος τῶν ἀρξάντων εὐθύνας οὐκ ἔδωκεν.* Assentior Marklando et Reiskio pro *χειρίσας* restituentibus *διαχειρίσας*, quod verbum in hac re proprium esse et Marklandus ad h. l. docet, et nos jam ante hoc Capite diximus. Verbum *ὅσα* procul dubio corruptum facilius emendari potuerat, quam est ab illis emendatum: Marklandus conjecit *καὶ τὰ δημόσια*, Reiskius *καὶ ὅσα οὐδεὶς ἄλλος διαχειρίσας*, quorum neutrum placet. Veram lectionem restituere poterimus ex loco male intellecto [vide PLATNERI Symbol. p. 114. et DORVILL. ad Charit. p. 267.] in hac Orat. §. 25. *καὶ τῶν ὁσίων καὶ τῶν ἱερῶν ἀναγραφεὺς γενόμενος*: haec igitur non intellexit Taylorus, atque *ὅσια* eadem credidit esse, quae *ἱερά*, et cum in illo loco, tum in AESCHINE *ad. Timarch.* p. 4. §. 23. pro *ὁσίων* scribendum existimavit *δημοσίων*: postea tamen ad i. l. Aeschinis utramque conjecturam revocavit et recte quidem meo judicio: *τὰ ὅσια* enim eadem sunt ac *τὰ δημόσια*, solentque haec vocabula conjungi: DEMOSTHE-
273 NES *in Timocrat.* 703. R. §. 11. *ἢ τῶν ἱερῶν ἢ τῶν ὁσίων ἔχοντα τι τῆς πόλεως*: *in Macart.* p. 1067. R. §. 51. *νόθῳ μὴ εἶναι ἀγχιστείαν μήτε ἱερῶν, μήθ' ὁσίων.* PLUTARCHUS *in Theseo* p. 11. C. dicit, Theseum constituisse Eupatridas *ἱερῶν τε καὶ ὁσίων ἐξηγητάς*. Grammatici *ὅσιον* interpretantur *μὴ θεῖον, βέβηλον, δημόσιον*, uti HARPOCRATION in v. id probans locis HYPERIDIS, DEMOSTHENIS et ISOCRATIS in *Areopagit.* qui videtur esse p. 153. §. 66. ubi male vulgatae Editiones habent *καὶ τοῖς ἱεροῖς καὶ ταῖς θυσίαις*, ut jam recte monuerunt H. STEPHANUS *Diatr. Isocr.* VII. et C. SEGAAR in *Actis Traject.* T. II. p. 83. [vide BENSELER. p. 338—341.]. Eodem plane modo hoc verbum interpretantur TIMAEUS *Lex. Plat.* v. *ὅσια*, ubi vid. RUHNKENIUS: AMMONIUS p. 104. HESYCHIUS v. *Ὁσίους θαλάμους*: SUIDAS v. *Ὅσιον χωρίον* et *Ὁσιωθῆναι*. Pluribus de hac vocabuli notione egerunt VALESIUS *ad Harpocrat.* p. 58. edit. Blancardi, et VALCKENAERIUS *Animadv. ad Ammon.* p. 184. Itaque h. l. scribendum censeo, *καὶ τὰ ὅσια διαχειρίσας μόνος οὗτος* caet. Fortasse haec vocabuli notio non ubique obvia librarios in errorem duxit. *)

§. 8. *Δεινὸν δέ μοι δοκεῖ εἶναι, εἰ — οἰήσεται χρῆ-*

*) *διαχειρίσας* jam CONT. et MARKL., quos secuti sunt recentt., qui tamen c. Cod. G *τοσαῦτα* scripserunt.

ναι ἐμοῦ κατηγορῶν ὑμῖν μὴ δοῦναι δίκην· ἔτι δὲ οἶμαι θαυμαστὸν νομίζω, Νικόμαχον ἑτέροις ἀδίκως μνησικακεῖν ἀξιοῦν κ. τ. λ. Alterutrum, vel *οἶμαι*, vel *νομίζω* 274
e margine in contextum esse invectum, quae est Taylori et Marklandi sententia, non admodum mihi probatur, quia eadem est utriusque vocabuli vis, utrumque quavis pagina obvium. Altera Marklandi conjectura, pro *οἶμαι* legendum esse *εἶναι*, item Reiskii *ἐστὶ δὲ, οἶμαι, θαυμαστὸν νομίζειν* duriores sunt. Equidem ita scripsisse Lysiam arbitror, *ἔτι δὲ μᾶλλον θαυμαστὸν νομίζω: illud quidem mirum est, hoc vero multo magis mirandum.* *)

§. 18. *Ὥστ᾽ ἄξιον ἡμῖν τὰς αὐτὰς ἐκείνοις θυσίας ποιεῖσθαι· καὶ εἰ μηδὲν δι᾽ ἄλλο, τῆς τύχης ἕνεκα τῆς ἐξ ἐκείνων τῶν ἱερῶν γεγενημένης.* Videtur hic ad efficaciam sententiae ex usu Graecorum aliquid deesse. Solent enim Graeci, si praecesserit *εἰ μὴ*, vel *εἰ μηδὲν ἄλλο*, subjungere vel *ἀλλὰ*, vel *ἀλλάγε*, vel *ἀλλ᾽ οὖν*, vel certe particulam *γε*. XENOPHON *Cyropaed.* L. V. c. 5. §. 35. *εἰ μὴ ταῦτα, ἀλλὰ τοιαῦτα ὑπὸ σοῦ δοκῶ πεπονθέναι*:. *Hellen.* L. I. c. 7. §. 10. *εἰ μὴ πλέον, ἀλλὰ μίαν ἡμέραν δόντες αὐτοῖς ὑπὲρ αὐτῶν ἀπολογήσασθαι*: L. IV. c. 6. §. 13. *ἐδέοντο τε εἰ μηδὲν ἄλλο, ἀλλὰ τοσοῦτον γε χρόνον καταμεῖναι αὐτόν.* EURIPIDES *Helena* v. 995.

— — — *ἀλλ᾽ ἐγὼ σφ᾽ ἀπάξομαι,*
Εἰ μὴ πρὸς οἴκους δυνάμεθ᾽, ἀλλὰ πρὸς νεκρούς.

Phoenissis v. 955. 275

Κ᾽ εἰ μὴ γὰρ εὐνῆς ἥψατ᾽ ἀλλ᾽ ἔχει λέχος.

v. 530.

Ἐμοὶ μὲν, εἰ καὶ μὴ καθ᾽ Ἑλλήνων χθόνα
Τεθράμμεθ᾽, ἀλλ᾽ οὖν ξυνετά μοι δοκεῖς λέγειν.

ISOCRATES in *Archidamo* p. 129. §. 62. *εἰ καὶ μὴ πάντα μεθ᾽ ὑμῶν εἰσιν, ἀλλ᾽ οὖν ὑπέρ γε τῆς ἑαυτῶν*

---

*) FRANZ. conjecit *ἔτι δὲ καὶ* (vide HAENISCH. ad Amator. p. 44.) FOERTSCHIUS (in Comment. crit. p. 32. seqq.) verbum *οἶμαι* uncis inclusit. At vulgata lectio sana est. Vide STALLBAUM. ad Plat. Protagor. p. 113.

σωτηρίας πάντα ποιήσοντας: *Panathen.* p. 275. §. 202. ὡς εἰ καὶ μηδὲν ἄλλο πεποιήκασι τοὺς Ἕλληνας ἀγαθὸν, ἀλλ' οὖν ἐκεῖνό γε δικαίως ἂν αὐτοῖς ἅπαντες χάριν ἔχοιεν. Is igitur cum sit usus Graecorum, videtur hic quoque scribi oportere, καὶ εἰ μηδὲν δι' ἄλλο, ἀλλ' οὖν τῆς τύχης ἕνεκα. — Non est mirandum, haec vocabula excidisse, cum literarum similitudo librarii oculos falleret. Vel saltem, si quis hoc nolit, legendum τῆς γε τύχης ἕνεκα, uti este c. Philonem §. 29. εἰ μή γε ἄλλῳ τινὶ μείζονι, τῇ γε παρούσῃ ἀτιμίᾳ. *)

§. 21. Καὶ τούτοις ὁ ἱερόσυλος περιτρέχει, λέγων ὡς εὐσέβειαν ἀλλ' οὐκ εὐτέλειαν ἀνέγραψε. Verba καὶ τούτοις emendare conati sunt Marklandus, scribens καὶ ἐπὶ τούτοις, et Reiskius καί τοι οὗτος reponens: ingeniose uterque et probabiliter. De sequentibus nemo monuit, cum tamen animadversione digna videantur. Vehementer dubito, an bene dicatur ἀναγράφειν εὐσέβειαν et εὐτέλειαν: scribendumque puto λέγων ὡς εἰς εὐσέβειαν, ἀλλ' οὐκ ἐς εὐτέλειαν ἀνέγραψε. Praepositiones absorptae sunt a literis prioribus verborum sequentium. **)

276.

§. 22. Εἰδὼς δὲ ὅτι ἡ βουλὴ ἡ βουλεύουσα, ὅταν μὲν ἔχῃ ἱκανὰ χρήματα εἰς διοίκησιν, οὐδὲν ἐξαμαρτάνει, ὅταν δὲ εἰς ἀπορίαν καταστῇ, ἀναγκάζεται εἰσαγγελίας δέχεσθαι καὶ δημεύειν τὰ τῶν πολιτῶν. An credamus Lysiam voluisse senatum illum, qui tunc erat, prae caeteris reprehendere, praesertim cum nulla esset causa? At hoc tamen sibi volunt illa ἡ βουλὴ ἡ βουλεύουσα. Equidem unam addendam esse arbitror particulam ἀεὶ. Non enim de illis solis loquitur Orator, qui tum senatores erant, sed commune omnium vitium reprehendit, qui quovis tempore illud munus gessissent. Itaque scribendum censeo, ἡ βουλὴ ἡ ἀεὶ βουλεύουσα: *Senatus ille, qui singulis annis hoc munere fungitur*: quae emendatio confirmatur seq. §. 23. χρὴ — μὴ τοῖς βουλεύουσιν ἐκα-

---

*) SLUITERUM refutat FOERTSCHIUS in Observatt. p. 4.

**) MARKLANDI conjecturam probat FRANZIUS. At vulgatam bene tuetur R. KLOTZIUS in Quaestt. critt. p. 40. Verba ὡς εὐσέβειαν ἀλλ' οὐκ εὐτέλειαν ἀνέγραψε FOERTSCH. in Comment. crit. p. 36. bene sic interpretatur: in *scribendo pietatem, non parsimoniam spectasse.* Formula enim ἀναγράφειν εὐσέβειαν explicari debet ut τέμνειν ὁδὸν i. e. secando viam perficere (vide BERNHARDY Syntax. p. 46.). Caeterum vide BOECKHII Oec. Ath. T. I. p. 227. II. 127. et c. F. HERMANNI Handb. §. 170.

ανέτε ὀργίζεσθαι: eodem modo ANDOCIDES *de Mysteriis* §. 91. *ἡ βουλὴ ἡ ἀεὶ βουλεύουσα τί ὄμνυσι.* ARISTOPHANES in *Vespis* v. 697.

Ὑπὸ τῶν ἀεὶ δημιζόντων οὐκ οἶδ' ὅποι ἐγκεκύκλησαι.

THUCYDIDES L. I. c. 22. *ὡς δ' ἂν ἐδόκουν μοι ἕκα-* 277
στοι περὶ τῶν ἀεὶ παρόντων τὰ δέοντα μάλιστα εἰπεῖν
[cf. GOELLER. T. I. p. 52.]. XENOPHON. *Hellen.* L.
I. c. 1. §. 18. *εἶναι ἄνδρας ἀγαθοὺς πρὸς τὰ ἀεὶ παρ-*
αγγελλόμενα: *Cyropaed.* L. VII. c. 1. §. 47. *ὥστε καὶ*
τοῦτο ἔτι καὶ νῦν διαμένει τὸ πολεμιστήριον τῷ ἀεὶ βα-
σιλεύοντι. ISOCRATES *Panathen.* p. 239. §. 31. *πρε-*
πόντως καὶ δικαίως ὁμιλοῦντες τοῖς ἀεὶ πλησιάζουσι:
ibid. §. 34. *τὴν εὐκαιρίαν διαφυλάττειν περὶ ὧν ἂν ἀεὶ*
τυγχάνῃ διαλεγόμενος: DEMOSTHENES in *Aristogit.*
I. p. 777. R. §. 24. *τοὺς νόμους οὖν δεῖ τηρεῖν καὶ*
*τούτους ἰσχυροὺς ποιεῖν τοὺς ἀεὶ δικάζοντας ὑμῶν.**)

§. 27. *Ἀλλὰ διὰ τοὺς προγόνους; ἤδη γάρ τινες καὶ διὰ τοῦτο συγγνώμης ἔτυχον παρ' ὑμῶν.* Si sensus me non fallat meus, melius scribatur *διὰ τούτους*: literae ultimae abierunt in initiales verbi sequentis *συγγνώμης*.

§. 28. *Καὶ τὰς μὲν ἀρχὰς ὑπὸ τοιούτων ἡγεῖσθε διαφθείρεσθαι, αὐτοῖς δὲ τούτοις πιστεύετε.* Reiskius pro vitioso *αὐτοῖς* e sententia Marklandi in contextum recepit *αὐτούς*, quod a Lysia profectum esse vix credo, qui eo sensu cum optimis quibusque scriptoribus verbo *ἐπιτρέπειν* utitur. Potius scribendum fuisset *αὐτοὶ δὲ τούτοις πιστεύετε.*

Adversus Philonem §. 1. Conjecturam Stephani
confirmat M. Ald. §. 3. M. Ald. *εἴτι ἱκανῶς.* §. 9. fin. 278
M. Ald. *παρέσχεν.* §. 19. M. Ald. *τότε μὲν ἀφελόμε-*
νον, ἃ εἶχον, νῦν δὲ δοκιμασθέντα. §. 20. M. Ald. *ἢ οἱ*
οἰκεῖοι. §. 24. iterum conjecturam Stephani confirmat
M. Ald.

§. 13. *Ἀλλὰ μὴν οὐδ' ἀπεχθήσεσθέ γε τῶν πολιτῶν οὐδενὶ, τοῦτον ἀποδοκιμάσαντες, οὔτ' εἰ τοὺς ἑτέρους ἀλλ' ἀμφοτέρους φανερὸς ἐστὶ προδούς.* In Marg. Ald. diversa lectio notatur *εἰ οὐ τοὺς ἑτέρους*, unde efficere possis, antiquitus scriptum exstitisse, *ἐπεὶ οὐ τοὺς ἑτέρους*, alioquin legendum videtur *οὐ γὰρ τοὺς ἑτέρους;*

---

*) SLUITERI medicinam respuebant recentt. omnes. De re vide G. F. HERMANNI Handb. §. 163. 5.

hoc enim dicto prioris redditur ratio. Addit Orator, *ὥστε μήτε τοῖς ἐν τῷ ἄστει γενομένοις φίλον προςήκειν εἶναι τοῦτον, (οὐ γὰρ ἠξίωσεν ὡς αὐτοὺς ἐλθεῖν κινδυνεύοντας) μήτε τοῖς τὸν Πειραιᾶ καταλαβοῦσιν, οὐδὲ γὰρ τούτοις ἠθέλησε συγκατελθεῖν· φησὶ δὲ καὶ ταῦτα καὶ αὐτὸς γενόμενος.* Haec multis conjecturis tentata, tamen ita manserunt corrupta, ut etiamnum esse videmus. Mihi duae in mentem venerunt emendandi viae; et primum quidem, si *φησὶ* est retinendum, ea nobis nata est suspicio, lectorem quendam margini libri sui adscripsisse *φησὶ δὲ κἀνταῦθα καὶ αὐτὸς γενόμενος* vel *φησὶ δὲ ταῦτα καὶ αὐτὸς παραγενόμενος*: *dicit autem haec Lysias, ut qui et ipse exulibus in Piraeëo adfuerit*, quod e PSEUDO-PLUTARCHI vel antiquioris eu-
279 jusdam *vita Lysiae* intellexerat. Lysiam fuisse in Piraeëo et strenuam exulibus in recuperanda patria navasse operam, abunde docuit IO. TAYLORUS in *vita Lysiae*. Haec autem fortasse in margine notata deinde inter ipsa verba auctoris sunt interposita. Vel si quis hoc nolit, et verba illa retinenda putet, forte scribendum *φημὶ*; et caetera eodem, quo diximus, modo sunt emendanda, ut aetor dicat se quoque in Piraeëo fuisse, neque adeo hac de re testes producere; quae conjectura, quo se tueatur, illud habet, quod in Codd. Paris. et Veneto non legatur *φησὶ* sed *φη.* quum ex his in Stephanicam editionem fluxisse videatur *φησὶ*, quod ab Aldina abest. Ex *φη.* autem eodem jure effingitur *φημὶ*, ac *φησί.* Non nego tamen priorem conjecturam majorem mihi videri habere speciem veritatis, quia mox ad confirmanda ea, quae dixerat, testes producit. *)

§. 26. *Οὗτος δὲ, προδοὺς ὅλην τὴν πόλιν, οὐχ ὅπως τιμωρηθήσεται παρασκευάζεται.* Quod huic loco deesse apparet, id diversa ratione Marklandus et Reiskius supplere conati sunt. Ego vero paene confirmare ausim Lysiam ita scripsisse: *οὐχ ὅπως τιμωρηθήσεται ἀλλὰ καὶ βουλεύειν παρασκευάζεται.* Sequitur enim: *καίτοι δικαίως γ' ἂν — οὐ περὶ τοῦ βουλεύειν, ἀλλὰ περὶ τοῦ δουλεύειν καὶ τῆς μεγίστης ἀπορίας ἐκκλησιάζεται* (f. l.
280 *ἐκκλησιάσαιτο*): haec pulcherrime superioribus respondent, et hinc intelligitur *βουλεύειν* debuisse praecedere. Ele-

*) Pro *οὔτ' εἰ* recentt. omnes e REISKII conjectura *οὐ γὰρ* scripserunt. Caeterum Cod. C. praebet *καὶ ταῦτα, ὥς φησι, καὶ αὐτὸς γενόμενος*: idque interprett. omnes receperunt.

gans hic est usus formulae οὐχ ὅπως, sequente ἀλλὰ καὶ vel ἀλλ' οὐδὲ: *non solum non — sed etiam*: LYSIAS p. bonis Aristoph. §. 31. οὐχ ὅπως σκεύη ἀπέδοσθε, ἀλλὰ καὶ αἱ θύραι ἀπὸ τῶν οἰκημάτων ἀπεσπάσθησαν: in Nicom. §. 26. ἀλλ' οὐχ ὅπως ὑμῖν τῶν αὑτοῦ τι ἐπέδωκεν, ἀλλὰ καὶ τῶν ὑμετέρων πολλ' ὑφῄρηται: XENOPHON *Hellen.* L. V. c. 4. §. 34. ὡς οἱ Λακεδαιμόνιοι οὐχ ὅπως τιμωρήσαιντο, ἀλλὰ καὶ ἐπαινέσαιεν τὸν Σφοδρίαν: L. VI. c. 4. §. 5. οὐχ ὅπως τὰς πόλεις ἀφιέντας, ἀλλ' οὐδὲ τὸ στράτευμα διαλύοντας: *Cyropaed.* L. I. c. 3. §. 10. μὴ ὅπως ὀρχεῖσθαι ἐν ῥυθμῷ ἀλλ' οὐδ' ὀρθοῦσθαι ἐδύνασθε: ISOCRATES *de Pace* p. 168. §. 45. οὐχ ὅπως ἀγανακτοῦμεν, ἀλλὰ καὶ χαίρομεν: *Busiridis Laud.* p. 222. §. 5. οὐχ ὅπως τῆς ὑπαρχούσης αὐτῶν (leg. αὐτὸν) διαβολῆς ἀπήλλαξας, ἀλλὰ καὶ τηλικαύτην αὐτῷ τὸ μέγεθος παρανομίαν προσῆψας. Conf. p. 229. §. 41. *Plataic.* p. 297. §. 5. Eadem ratione dicitur οὐχ ὅτι, vel μὴ ὅτι: LYSIAS in Pancl. §. 12. νομίζει ἑαυτὸν μὴ ὅτι Πλαταιέα εἶναι, ἀλλ' οὐδ' ἐλεύθερον: XENOPHON *Hellen.* L. II. c. 3. §. 48. ὡς διὰ τὸν χειμῶνα οὐδὲ πλεῖν, μὴ ὅτι ἀναιρεῖσθαι τοὺς ἄνδρας δυνατὸν ἦν: ISOCRATES *Except. adv. Callim.* p. 374. §. 17. οὐ γὰρ ὅτι τοὺς ἀδικοῦντας ἐκόλαζον, ἀλλ' ἐνίοις καὶ προσέταττον ἐξαμαρτάνειν: DEMOSTHENES *in Timocrat.* p. 702. R. §. 7. οὐχ ὅτι τῶν ὄντων ἀπεστερήμην ἄν, ἀλλ' οὐδ' ἂν ἔζην. Est haec formula elliptica, 281 neque tamen, quod nonnulli volunt, pro οὐχ ὅπως οὐ, vel μὴ ὅτι οὐ dici putem, sed potius manasse e pleniori formula οὐκ ἐστὶν vel οὐ λέγω, ὅπως, ὅτι. De hac formula similibusque aliis conf. G. BUDAEUS *Comment. L. Gr.* p. m. 777. VIGERUS *de Idiotismis L. Gr.* p. 432. et 790. HOOGEVEENIUS *de Doctrina Partic.* p. 741. seqq. p. 962. seqq. L. BOS *Ellips. Gr.* p. 496. [p. 774. seqq. ed. SCHAEF.]. Hunc loquendi morem ad Latinos quoque transiisse, iisque *non modo* et *non solum* dici pro *non solum non* docet A. MURETUS *Var. Lect.* L. X. c. 7. *)

Orationem Funebrem licet constans veterum judicium Lysiae tribuerit, multa tamen sunt, quae mihi per-

*) Vulgatam lectionem, quam recentt. retinuerunt, recte explicavit BREMIUS. Caeterum de οὐχ ὅπως, οὐχ ὅπως οὐκ vide SCHOEM. ad Isaeum p. 334. et JACOBITZ. ad Luciani Toxar. p. 52. Quando apud Latinos *non modo* pro *non modo non* poni possit, bene docuit BENECKIUS ad Cic. in Catil. p. 39 — 41.

suadeant, non ipsum Lysiam esse auctorem. *) Est enim dictio magis ornata et inflatior etiam, quam pro illius aevi hujusque scriptoris simplicitate, plena quaesito ornatu. Antithetorum fastidiosam habet multitudinem et cumulationem, totaque sophisticum quoddam spirat ingenium. Nos igitur auctorem secuti VALCKENAERIUM (*ad Herod.* L. VII. p. 566. 36. *b.* p. 579. 58. *a.*) ipsaque re id suadente, hanc Orationem Lysiae abjudicamus, quod et post Valckenaerium fuit judicium REI-
282 SKII *ad h. Or.* p. 64. Exstat in Bibliotheca Lugduno-Batava Codex MS. Orationum Demosthenis, quibus subjungitur haec Oratio; hunc igitur Codicem cum exemplo Stephanieo contulimus, atque hanc lectionis varietatem cum ex illo, tum e Margine Ald. edit. notavimus. **)

§. 2. Cod. *ὁ μὲν λόγος μοι περὶ τούτου.* Ibid. Cod. *ἐξεῖναι.* Ibid. Cod. *πανταχῆ.* §. 3. M. Ald. *μνήμαις.* Ibid. M. Ald. *Emendator πάντας ἀνθρώπους.* Ibid. Cod. M. Ald. *τοῖς τῶν τεθνεώτων.* Ibid. Cod. *Ἀμάζονες γάρ.* §. 4. Cod. *μόναι μὲν.* §. 5. M. Ald. *τὸ περὶ αὐτάς.*

§. 6. Cod. *βουλεύσασθαι ἄμεινον.* Ibid. Cod. *τὴν ἑαυτῶν.* §. 7. Cod. *ἐώντων Καδμείων.* Ibid. Cod. *ἱερῶν δὲ μὴ γενομένων.* §. 8. M. Ald. *ἀπιστούντων δὲ καὶ σφίσιν αὐτοῖς.* §. 9. Cod. *αὐτῶν* atque ita fere semper. §. 10. Cod. *τὰς ἐν τῷ πολέμῳ τύχας.* M. Ald. *σχόλιον· κατὰ τὸ Ὁμηρικὸν Κοινὸς Ἐνυαλίοιο.* Ibid. Cod. *τῆς ἀσεβείας.* Ibid. Cod. M. Ald. *ὧνπερ ἕνεκεν.* §. 11. Cod. *Ἡρακλῆς ἐξ ἀνθρ.* Ibid. Cod. *ἔφυγον Εὐρυσθέα.* Ibid. Cod. *ἐπὶ τῶν βωμῶν.* §. 13. Cod. *τῶν ἐκείνῳ τῷ χρόνῳ.* Ibid. *τὴν αὐτὴν ἔσχον γνώμην.* Ibid. Cod. *ἐκείνους δ' οὐκ.* Ibid. Cod. *δίκαιον δὲ νομίζοντες, οὐ πρότερον.* Ibid. Cod. *ὑπὲρ αὐτοῦ.* §. 15. Cod. *ὡς οἱ μὲν παρ' Εὐρυσθέως οὐδὲν παρ' ἀκόντων.*

283 Ibid. Cod. *καὶ τῶν Ἡρακλέους παίδων.* Ibid. Cod. *διὰ δὲ τὴν τοῦ πατρὸς ἀρετὴν ἐκείνους δὴ τοῖς ἑ. κ. ἑ.*

---

*) Cf. WESTERMANNI Geschichte der gr. Beredtsamkeit p. 278.

**) Duorum Venetorum Codd. lectiones ad h. orationem MURETUS in VV. LL. XVII. p. 168. ed. WOLF. proposuit, quae mirum quantum conspirant cum lectionibus iis, quas e margine editionis Aldinae, in bibliotheca Vimariensi asservatae, enotatas FR. OSANNUS C. FOERTSCHIO (vide ejus Praef. p. IX.) communicavit. Et non dubito, quin lectiones hae marginales fluxerint e libris a MURETO laudatis. Nam ex editione STEPHANIANA excerptas esse, jure meritoque negavit jam OSANNUS.

§. 16. Cod. omittit v. εὐτυχέστεροι. M. Ald. τοσοῦτον εὐτυχέστεροι. Ibid. Cod. πᾶσιν ἀνθρώποις. Ibid. Cod. αἰσχρὸν ὄντα. Ibid. διὰ ante τήνδε omittit Cod. §. 17. Cod. ὥςπερ οἱ πολλοὶ καὶ τοὺς ἑτέρους ἐκβαλόντες. §. 18. Cod. ἐπολιτεύσαντο. §. 19. Cod. προςήκει νόμῳ μὲν ὁρίσασθαι τὸ δίκαιον. Ibid. M. Ald. βασιλευομένους — διδασκομένους. §. 20. Cod. μύριοι γὰρ ὑπὲρ ἁπάσης τῆς Ἑλλάδος πολλὰς caet. §. 21. Cod. δουλώσασθαι. M. Ald. δουλώσασθε. Ibid. ἡγησάμενοι δὲ omittit Cod. M. Ald. ἡγούμενοι. Ibid. Cod. νομίζοντες. Ibid. τῶν ἄλλων. Ald. τῶν πολλῶν. M. λοιπῶν et ἄλλων. §. 22. Cod. ἴασιν. Ibid. M. Ald. εἰ δ' ἐνταῦθα. §. 23. Cod. τοιαῦτα. Ibid. Cod. οὐ λογισμῷ ἰδόντες. Ibid. M. Ald. παρὰ τῶν ἀγαθῶν. Ibid. Cod. εἰδέναι χάριν. §. 24. Cod. γνόντες πάντες.

§. 24. M. Ald. ἀπολείψειν, hinc vero usque ad §. 28. τὴν στρατιὰν ἐκ τῆς Ἀσίας quae absunt ab edit. Ald. e MS. supplevit Vir Doct. in M. Ibid. M. Ald. κινῶσιν. Ibid. M. Ald. ἐλευθερώσειεν. §. 25. Cod. οὐ φιλοψυχήσαντες. Ibid. M. Ald. καὶ μᾶλλον τοὺς παρ' αὐτῆς νόμους αἰσχυνόμενοι, ἢ τὸν πρὸς τοὺς πολεμίους κίνδυνον φοβούμενοι, ἔστησαν μὲν τρόπαιον. Ibid. M. Ald. ἐκ τῆς αὐτῶν. §. 26. M. Ald. οὕτω δὲ δὴ ταχέως. 284
Ibid. M. Ald. ἐπήγγειλαν. Ibid. M. Ald. καὶ τὴν νίκην τῶν προγόνων. Ibid. M. Ald. ἀκοῦσαι τάς. Ibid. Cod. ἤθησαν. Ibid. Cod. παλαιῶν τῶν ἔργων. M. Ald. τῶν παλαιῶν ἔργων. §. 27. M. Ald. ἀχθόμενος τῇ σ. ὀργιζόμενος τοῖς αἰτίοις. Ibid. M. Ald. διακοσίαις δὲ καὶ χιλίαις — στρατειᾶς. Ibid. M. Ald. εἴη ἔργον — ὁ δὲ μέγιστον σήμειον τ. π. ἐξὸν χιλίαις ν. δ. πρὸς τὸ στενώτατον τ. Ἑ. §. 29. Cod. τὸν Ἄθων· ὑφισταμένου δὲ οὐδενὸς, τῶν μὲν ἀκόντων. Ibid. Cod. ἦν αὐτοῖς τὰ πείθοντα. §. 30. Ἀρτεμίσιον. M. Ald. σχόλιον· ἀκρωτήριον τῆς Εὐβοίας. §. 31. Cod. οὐ ταῖς ψυχαῖς. M. Ald. οὐδὲ τὰς ψυχάς. §. 32. M. Ald. τοῦτον δὲ τὸν τρόπον. §. 33. Ald. ἐκκλίνειν. M. καταλιπεῖν et ἐκλιπεῖν. Cod. δοιοῖν δὲ.

§. 34. Cod. ὅ τις ἰδὼν οὐκ ἂν ἐφοβήθη. Ibid. Cod. εἰς μέγας. M. Ald. ἢ εἰς μέγας. §. 35. Cod. τῆς αὐτῷ σωτηρίας. M. Ald. τοῦ προϊόντος κινδύνου. §. 39. M. Ald. γυναικῶν πένθος. Ibid. Cod. λογισμὸς δ' εἰ δυστυχήσειε, τῶν μελλόντων κακῶν ἔσεσθαι. §. 40. Cod. ἢ τῆς τόλμης αὐτῶν οὐκ ἂν ἠγάσθη. Ibid. Cod. ἐμβάντες et mox ἀντιτάξαντες πλήθει. §. 42. Cod. ὑπὲρ τῆς Ἑλλήνων. §. 43. Cod. ἀναμφισβείτητ' ἀριστεῖα. §. 44. Cod. παρέχοντες. Ibid. Cod. καὶ τοῖς ἄλλοις.

Ibid. Cod. *ἀγαπόντων μὲν τὴν — σωτηρίαν.* §. 45. Cod. *ἕξουσι.* Ibid. Cod. *τούτοις ὠφελήσειν.*
285 Ibid. Cod. *ἀρχὴν βασιλέων.* §. 46. Cod. *τῶν πλείστων βαρβάρων* superscripto *Ἑλλήνων.* §. 47. *καὶ ναυμαχοῦντες* omittit Cod. §. 48. Cod. *συμμάχων.* §. 49. Cod. *καὶ τῆς ἡλικίας ἁπάσης.* §. 50. Cod. *μέμψασθαι.* Ibid. M. Ald. *οἱ τῆς ἡλικίας οὐκ ἐντὸς.* §. 51. Cod. *ἀγαθοὶ πολλαχοῦ.* §. 52. Cod. *αὐτὴν εἰς τὴν Μεγαρικήν.* §. 55. Cod. *μετὰ γὰρ πλειόνων πόνων.* §. 56. Cod. *οὐ τοῖς λόγοις.* Ibid. Cod. *ἀποδείξαντες.*

§. 57. Cod. *γενέσθαι.* §. 58. Cod. *τὴν αὐτῶν ἀρετήν.* Ibid. Cod. *ἀπολομένων.* Ibid. Cod. *τοῦ ἡγεμόνος.* M. Ald. *Vet. Cod. ἡγεμόνων.* Ibid. M. Ald. *ἐδήλωσαν.* §. 59. Cod. *ἐγκαθιστῶσιν.* §. 60. Cod. *κείρεσθαι* et *συγκαταθαπτομένης.* Ibid. *τῆς* omittit Cod. §. 61. Cod. *ἄξιον ἐν ἰδίᾳ.* §. 62. M. Ald. *ἀποθανεῖν.* §. 63. Cod. *κινδυνεύοντες.* Ibid. M. Ald. *καὶ γάρ τοι καὶ μεγάλην.* §. 64. Cod. *πλέον ἔχειν δυνάμενοι* itemque *μετέδοσαν.* §. 65. Cod. *ἀπελογήσαντο.* Ibid. Cod. et M. Ald. *οἷοί τε ἐγένοντο.*

§. 67. M. Ald. *ἐπεδείξαντο.* §. 68. Cod. *περὶ τῆς αὐτῶν.* §. 70. Cod. *τῇ μὲν πατρίδι τὰ τρόφι' ἀποδόντες.* §. 71. Cod. *τοὺς προσήκοντας αὐτοῖς.* Ibid. Cod. *ἀπεστερημένους βίου.* §. 72. Ald. *πρεσβύτατοι ἤ.* M. *πρεσβύτατοι: al. πρεσβύτεροι Eurip. Μηδ.* (v. 48.) *ἡ νέα φρόντις ἀλγεῖν οὐ φιλεῖ.* §. 74. Ald. *περὶ δ' αὐ-*
286 *τοὺς χρή.* M. *πῶς δ'.* item *πότε δ'.* Ibid. *ὅταν ὁρῶσι* omittit Cod. Ibid. Cod. *δυστυχίαις τούτων.* M. Ald. *μόνην.* §. 75. seq. Cod. *ποιούμεθα — ἀσπαζόμεθα.* §. 76. M. Ald. *γνησίων.* §. 77. seq. verba *τοιαῦτα* usque ad *ὥστε τί δεῖ* omissa sunt in Cod. Ibid. M. Ald. facit cum M. Steph. Cod. *κακίστοις,* ut videtur ex emendatione: antea scriptum erat *χειρίστοις.*

§. 79. Cod. *κινδυνεύοντες.* §. 80. Cod. *θάνατοι.* §. 81. seq. Cod. *καὶ μόνους ἀνθρώπων οἶμαι κρεῖττον γενέσθαι.* Ibid. Cod. *ὅμως ἀνάγκη τοῖς ἀρχέοις ἔθεσι χρῆσθαι καὶ θεραπεύοντα.*

Haec quidem e MSS. sunt ducta; unum praeterea locum leni mutatione ex ingenio emendemus. §. 15. *ὥσθ' οἱ μὲν μετ' Εὐρυσθέως οὐδὲν παρ' ἑκόντων ἐζήτουν εὑρίσκεσθαι, Ἀθηναῖοι δὲ οὐκ ἠξίουν Εὐρυσθέα αὐτὸν ἱκετεύοντα, τοὺς ἱκέτας αὐτῶν ἐξελεῖν.* Magis etiam haec in Codd. sunt perturbata: multae virorum doctorum exstant conjecturae, adversus quas locum interpretando tuetur Reiskius: *Eurystheum, qui tantum non supplex rogaret (Heraclidas scilicet sibi dedi) supplices sibi fa-*

stos homines ereptum ire: quae interpretatio plane contraria est veterum hac de re narrationibus. Omnes enim referunt, Eurystheum vi supplices eripere Atheniensibus voluisse, tyrannum superbum, qui ad preces non descenderet. Locum arbitror integrum fore, si unam addamus 287
particulam ἂν: *Εὐρυσθέα ἂν αὐτὸν ἱκετεύοντα — Athenienses vero supplices sibi eripere Eurystheum non passi essent, licet supplex id rogasset Eurystheus.* Ita describitur animorum summa contentio utriusque partis, et est Antithesis quaedam, qualibus hunc Rhetorem delectari supra monui. *)

Subjuncta est Lysiae Orationibus in Editione Stephani *vita Lysiae*, a DIONYSIO HALICARNASSEO conscripta, quae ultimo loco elegantem nobis conservavit partem Orationis *de Reipublicae statu non mutando*, e qua pauca menda tollere non abs re erit.

§. 3. *Ἐγὼ μὲν οὖν, ὦ Ἀθηναῖοι, οὔτε γένει ἀπελαυνόμενος, ἀλλ' ἀμφότερα τῶν ἀντιλεγόντων πρότερος ὤν, ἡγοῦμαι κ. τ. λ.* Deesse aliquid, apparet e verbis *οὔτε* et *ἀμφότερα*. Quid vero huc faciat Reiskii *ἡλικία*, quam vocem in contextum recepit, non video; mihi potius videtur deesse vox *χρήμασιν*, vel *πλούτῳ*, prouti voluit Marklandus, q. v. Praeterea licet non reprehendam lectionem *ἀπελαυνόμενος*, malim tamen, si in Codice quodam inveniatur, scribi *ἀπολειπόμενος*, quia sequitur *ἀλλ' ἀμφότερα τῶν ἀντιλεγόντων πρότερος ὤν*: frequens est usus verbi *ἀπολείπεσθαι*, hoc sensu, *relinqui ab alio, vinci, superari, inferiorem esse.* Vid. ISOCRATEM *Panathen.* p. 234. §. 9. fin. p. 245. §. 61. p. 266. 288
§. 159. p. 276. §. 209. p. 284. §. 248. ARISTOPHANEM *Equit.* v. 522. **)

§. 4. *Οὐκ ἂν ἔμοι γε πειθώμεθα.* Inepte ita legitur: vitium ortum est e sequenti *περιαιρησόμεθα*· legendum *πείθησθε*, ut mox §. 5. ***)

§. 6. *Εἶτα τοῖς τῶν ἡμῖν ὑπαρχόντων ἐρῶσι τίς ἔσται σωτηρία τῇ πόλει.* Omnes omnium emendationes referre longum sit; equidem legendum opinor: *εἶτα τούτων ἡμῖν ὑπαρχόντων ἐροῦσι*, vel *ἐρωτῶσι.* ****)

---

*) Interprett. recentt. vulg. habent.

**) BEKKERUS Reiskii conjecturam recepit, FOERTSCHIUS lacunae signum posuit. FRANZIUS etsi in textum recepit *οὔτε ἡλικίᾳ*, id tamen sibi displicere in notis pronunciat.

***) At vide HAENISCH. ad Amator. p. 62.

****) Vulgatam habent recentt. interpretes.

§. 10. *Πιστεύοντας μὲν τοῖς θεοῖς, καὶ ἐλπίζοντας ἐπὶ τὸ δίκαιον μετὰ τῶν ἀδικουμένων ἔσεσθαι.* Taylorus vult vel *ἐλεύσεσθαι*, vel cum nonnullis *ἐπὶ* delendum censet, quod non videtur necessarium, dummodo ejus loco reponamus *ἔτι*. *Sperantes causam justam etiamnum profuturam iis, qui injuriam passi sint*: ita LYSIAS p. Polystrato §. 22. *ἀγωνίζεσθαι εὖ μετὰ τοῦ δικαίου.* Auctor *Orationis Funebris* §. 10. *τὸ δὲ δίκαιον ἔχοντες σύμμαχον*: §. 12. *ὑπὲρ τῶν ἀσθενεστέρων μετὰ τοῦ δικαίου διαμάχεσθαι*: §. 17. *περὶ τοῦ δικαίου διαμάχεσθαι*: §. 61. *καὶ περὶ τοῦ δικαίου μαχόμενοι.*

---

*) FOERTSCHIUS retinuit *ἐπί*. Sed cum FRANZIO probaverim SLUITERI conjecturam, quam, quum commemoraret, J. BEKKERUS quoque haud improbasse videtur.

F I N I S.

Addenda et Corrigenda.

Pag. 3. nota: pro cf. quoque A. G. BECKER. leg. — cf. A. G. BECKER. quoque. Qua in re saepius peccatum.

Pag. 5. linea 37. ἠτιμωσαν leg. ἠτίμωσαν.

Pag. 7. de phasianis vide C. F. HERMANNUM in Actis Diurn. Scholl. 1833. Nr. 39. p. 738. Sed de hac re F. V. FRITZSCHIUS, Vir praeclarissimus et amicissimus, sententiam suam, quam in *Commentariis* ad Aristophanis Nubes proposuerat, mecum communicavit quamque hic publici juris fieri concessit:

„VS. 110. Hic in mendacio deprehensos plane tenemus Atticistas, qui quum φασιανικὸς de avi quadam comica in *Avibus* v. 68. poni vidissent, nostrum vero locum de certo genere equorum explicarent, legem tulerunt sacrosanctam: Φασιανοὶ ἵπποι, φασιανικοὶ δὲ ὄρνεις. Vide Herod. p. 466. ed. *Piers.* s. 459. *Lob.* et Thom. M. p. 885. Primum hujus praecepti auctorem ignoramus: sed illud certum est, hominem quemcunque eum dici jus fasque est, aetate Athenaeo praecessisse. Hic enim IX. 387. C. quum exempla φασιανοῦ avis a Mnesimacho, Theophrasto, Aristotele, Speusippo collegisset, ad extremum etiam illud subjecit: Φασιανὸν δὲ οὗτοι κεκλήκασιν αὐτὸν, καὶ οὐ φασιανικόν, videlicet ut perditum istum Atticistam refutaret. Utinam vero bonus Atticista de phasianis a Phidippide laudatis paullo diligentius cogitasset. Sed in hujus loci explicatione ab omnibus interpretibus mihi discedendum est. Phasianos nostros jam antiquitus alii pro equis nescio quibus habebant, alii pro notis illis avibus: quam utramque interpretationem et in Athenaeo invenimus, et apud Scholiastas. Prior sententia Athenaei temporibus erat vulgatior (οὐκ ἐπὶ ἵππων, inquit, ὡς οἱ πολλοί: ita enim e Schol. Nub. scribendum est): ac sane videtur Athenaeo aliisque antiquis grammaticis constitisse de ἱπποτροφίᾳ Leogorae, siquidem et Schol. Ravennas aliusque ita loquitur Λεωγόρας ὡς ἱπποτρόφου μέμνηται, tamquam in re non dubia, et ipse Athenaeus tamen concedit, nisi fallor, equos aluisse Leogoram. Posteriorem sequitur Athenaeus, ductus eo maxime, quod Leogoras a Platone Comico in Perialge ganeo heluoque diceretur. Hic Platonis locus est apud Schol. Idem placuit KUSTERO, partim quod homo luxuriosus gallinas phasianas alere potuerit, partim quod improbabile sit, equos e Colchide, tam longinqua regione, Athenas adductos esse, quum Thessalia generosis equis abundaret. Praeterea Athenaeum sequuntur *Sallierius*, *Harlesius*, *Berglerus*, *Dukerus*, *Brunckius*. Et *Dukero* quidem ac *Brunckio* perineptum videtur ita loqui quemquam: *equitandi studium non abjecero, etiamsi mihi dederis pulcherrimos equos.* At recte monuerunt WIELANDIUS atque HERMANNUS, a Comico ita loquentem induci omnino potuisse juvenem ejusmodi, qui nihil aliud quam equos perpetuo cogitaret. Repugnat autem WIELANDUS Athenaeo ad equos phasianos reversus, tum quod Phidippides incredibili equorum studio flagrarit, tum quia haec talis oratio Comici ingenio melius respondeat. HERMANNUS nuper aves hic commemorari defendit, quod Atticistarum decretum a LOBECKIO l. l. re-

futatum sit (at LOBECKIUS id, uti solet, vehementer laudat) et quod equos phasianos grammatici temere finxisse videantur, nec verisimile sit equis quibusdam, ut volunt Scholiastae, avis Phasianae imaginem inustam fuisse; magis se adduci, ut eam certi coloris appellationem esse credat. Hoc argumentum gravissimum est. Nam donec ostensum fuerit, equos nescio quos Athenis phasianos dictos esse (ipsi autem Scholiastae vereri se dicunt, ne hoc totum sit commentitium εἴπερ ἔστι τοῦτο μὴ καταψευσμένον), τοὺς φασιανοὺς haud dubie de avi explicabimus. Neque Athenaeus, si de equis Phasianis quidquam accepisset, id aut illo loco negligeret, aut alterius explicationis patrocinium sine ulla dubitatione susciperet. Sed aliud quoddam argumentum addamus, certius etiam nisi me fallit, ut equi isti phasiani ex Aristophane tandem aliquando tollantur. Magnum enim momentum facit vs. 107. ἀλλ' εἴτι κήδει τῶν πατρῴων ἀλφίτων, similis ille Acharn. 1041. ἀλλ' εἴτι κήδει Δερκέτου Φυλασίου. Verba illa τῶν πατρῴων ἀλφίτων male Schol. et V. D. ad opes facultatesque paternas referunt. Quae sententia hic requiratur, patet tum e phasianis Phidippideis, tum e v. 122. οὐκ ἄρα μὰ τὴν Δήμητρα τῶν γ' ἐμῶν ἔδει. Hoc igitur exprimit „wenn dir dein Vater noch lange Brod geben soll. Nempe Phidippides etiam tum in domo paterna nutriebatur id aetatis eratque οἰκόσιτος τηλικοῦτος ὤν. Tum praeclare filius: *non faciam, si vel mihi phasianos apposueris heluonum delicias* „ich thät' es nicht, wenn du mir Phasanen vorsetztest. Sed ex his facile intelligitur, perabsurdam esse istorum opinionem, qui τοὺς φασιανοὺς de equis nescio quibus interpretati sunt. Qualis enim hic nexus sententiarum: *si diutius a patre ali cupis.* Non, etiamsi mihi *equos dederis.* Num igitur Phidippides usque eo deditus erat studio equorum, ut etiam carne equina non dicam vesceretur (quod ipsum credi non potest), sed ea prae ceteris cibis omnibus delectaretur? Haud vidi magis. Ita equis de medio sublatis aves solae videbuntur restare. — Sed quid si demonstro, Leogoram, hominem et gulae deditum et liberalem, neque equos, neque gallos phasianos aluisse? Etenim veros phasianos Leogorae, rem Athenis tum quidem perraram, ceterum sane tenuem minus curasset Aristophanes, sibique a tam frigido joco haud dubie cavisset. Majus quidpiam in vetere comoedia requirimus, quae quum fere semper rei publicae se immisceat, tum maxime in vitiis hominum exagitandis bono publico solet prospicere. Verum enim vero ultima illa οὓς τρέφει Λεωγόρας praeter exspectationem addita sunt voce φασιανός e Colchico in Atticum phasianum subito conversa. Quum enim diceret adolescens εἰ δοίης γέ μοι τοὺς φασιανούς, quivis haec audiens avem illam animo informabat: sed quum post aliquando adjiceret — οὓς τρέφει Λεωγόρας, tum vero cum voluptate animadvertebat sibi verba data esse, Phasianos autem nominari sycophantas, quos Leogoras ad coenam vocare soleret, sive parasitos ejus, qui iidem essent sycophantae. Φασιανὸς c. sycophanta copulatur *Achar.* 691. (725. Elmsl.)

> ἐνταῦθα μήτε συκοφάντης εἰσίτω,
> μήτ' ἄλλος ὅστις Φασιανός ἐστ' ἀνήρ.

Similia, puto, legebantur in Holcadibus, unde Φασιανὸς affertur a Stephano Byzantio. Porro quid mirum Leogoram heluonem aluisse parasitos? De quo Plato Comicus

> Ὦ θεῖε Μόρυχε, νῦν γὰρ εὐδαίμων ἔφυς,
> καὶ Γλαυκέτης ἡ ψῆττα, καὶ Λεωγόρας,
> οἳ ζῆτε τερπνῶς, οὐδὲν ἐνθυμούμενοι.

Quin etiam inter Leogorae parasitos relatus erat aliquamdiu Amynias, Pronapis f., ut apparet e *Vesp.* 1308. δειπνοῦντα μετὰ Λεωγόρου. Habes unum e phasianis, quos alebat Leogoras, eumque talem, ut jam reliquos non admodum desideres. Convertere licet in hunc modum: n e i n w a h r l i c h n i c h t u n d w e n n d u m i r g e b e n w o l l t e s t d i e P h a s a n e r, d i e L e o g o r a s f ü t t e r t. De industria scriptum est δοίης, non παραθείης, quod verbum non quadraret in Leogorae phasianos. Ac nemo facile nescit parasitos Calliae, Alcibiadis, Philonidis Melitensis aliorumque. In ejusmodi parasitos et *Eupolis* et postea *Aristophanes* peculiarem scripserunt comoediam, ille *Adulatores*, hic *Tagenistas*. Quid, quod parasitos (κόλακες tum vel ἐπισίτιοι dicebantur) saepenumero personam egisse sycophantarum, clarissime perspicitur e *Pelasgis* apud Athenaeum VI. 247. A. Ἢν γὰρ ἕν' ἄνδρ' ἄδικον σὺ διώκῃς, ἀντιμαρτυροῦσι δώδεκα τοῖς ἑτέροις ἐπισίτιοι.

Sic igitur minas patris repente in risum deflectit filius, quum eos exoptet phasianos, quos alit Leogoras. Est omnino Phidippidi cum istis phasianis multum necessitudinis; hi enim a Leogora aluntur, ut ipse a patre: sed illud facetum, quod in magna quadam felicitatis parte reponit, parasitos et eos sycophantas alere. Ita ego h. l. ex longo jam tempore putavi exponendum esse, neque nunc quidem aliter sentio. At, inquit, quis tandem vescatur parasitis et sycophantis? Nemo vero: sed proprie intelligit phasianos aves, a more plane Aristophaneo simul Leogoram ejusque parasitos nullo exspectante castigat. His ita disputatis partem scholii ad h. l. verbo attingam. Neque enim probo audacem RUHNKENII conjecturam οἱ δ. περὶ Ἀρίσταρχον pro οἱ δ. περὶ Ἀρχίλοχον, quod etiam legitur in Scholio libri Ravennatis, sed puto, verbis οἱ περὶ Ἀρχίλοχον bis *Aristophanem grammaticum* indicari, qui ut Comicum nostrum, sic Archilochum quoque interpretatus est. Movet me Schol. Avv. 1627. μισητίαν δὲ οἱ μὲν περὶ Ἀριστοφάνη τὴν εἰς τὰ ἀφροδίσια ἀκρασίαν· καὶ τό: π ε ρ ὶ σ φ υ ρ ὸ ν π α χ ε ῖ α, μισητὴ γυνή οὕτως ἐξηγοῦνται· Nam senarius iste est Archilochi. Quantum vero Archilocho tribuerit Aristophanes gr. vel unus docebit locus Ciceronis Ep. ad Attic. XVI. 11. 2. Fortasse Aristophanes gr. hunc versum in suis ad Archilochum commentariis explicarat, aut certe vocem φασιανούς apud Archilochum cum hoc loco comparaverat. Ceterum in scholiis ad *Nubes* aliquoties *Aristophanes gr.* commemoratur, at *Aristarchus* nusquam.

Pag. 24. Inscriptionem a Platone et Stobaeo laudatam habes quoque in BOECKHII C. J. T. I. p. 32.

Pag. 25. Ἑρμῆς Ἡγεμόνιος. Vide BOECKHII Oec. Athen. T. II. p. 254.

Pag. 27. linea 24. ἤδη leg. ἢ δή.

Pag. 31. linea 14. omnio leg. *omnino*.

Pag. 31. linea 32. ἐστυκότας leg. ἑ σ τ υ κ ό τ α ς.

Pag. 32. linea 12. ὥσπερ leg. ὥ ν π ε ρ.

Pag. 64. * linea 10. τε γὰρ δὲ leg. τε γὰρ —— δέ. Ibidem de γῇ πολλῇ vide Hor. Epod. XV, 19.

Sis pecore et *multa dives tellure* licebit
Tibique Pactolus fluat.

vide HUSCHKIUM ad Tibull. p. 5.

Pag. 65. De κατηγορουμένοις et κατηγορημένοις (§. 8.) disputat BLUMIUS ad Lycurg. p. 159.

Pag. 66. Illud ῥήματα θηρεύειν, quod §. 9. legitur, conferri potest cum Latt. *venari laudem* cf. FRITZSCHII Comment. de Aristoph. Daetall. p. 55.

Pag. 67. De *Diognete*, qui §. 14. commemoratur, vide BREMI. ad Lysiae oratt. p. 192. et de *Pythonico* BOECKHIUM in Corp. Inscriptt. T. I. pag. 476.

Ibid. De §. 15. inspice HEFFTERI Athenäische Gerichtverf. p. 471.

Pag. 69. * Cum REINHOLDO KLOTZIO, cujus sententiam impugnavi, fecit nuper SOMMERUS, Vir Praeclarissimus, in Actis Diurn. Scholastt. 1833. p. 649.

Pag. 83. Verba, quae initio §. 67. habes, laudat Priscianus Libr. XVIII. c. 25. T. II. p. 205. ed. KREHL.

Pag. 85. De verbis: σώματα ἄτιμα ἦν et ἄτιμοι ἦσαν τὰ σώματα vide HERMANNUM ad Eurip. Jon. v. 1161.

Pag. 88. De ἐπιμελείσθω, quod §. 84. legimus, vide BOECKHII C. J. T. I. p. 114.

Pag. 93. De ἔμπροσθεν τοῦ βουλευτηρίου (§. 95.) cf. BLUMIUS ad Lycurg. p. 143.

Ibidem. De ἄρχει χρόνος (§. 96.) cf. BOECKHII C. J. T. I. p. 29 et 112.

Pag. 98. De §. 110. vide Acta Diurna Scholl. 1832. p. 1192.

Ibid. De §. 111. vide Schoemanni Ord. Jud. p. 245. n. 7. et de Ἐλευσῖνι et ἐν Ἐλευσῖνι vide, quae docte monuit SAUPPIUS in JAHNII Anall. 1832. T. VI. fasc. I. p. 62. et SINTENIS ad Plut. Them. p. 24.

Pag. 104. ad §. 125. WAKEFILD. in Silv. crit. V. p. 98. expl. „jamjam moerore moritura lecto interea decubuit: de qua potestate τοῦ κατεκλίθη consulas Polluc. III, 106. Idem V. D. Tom. II. p. 70. docuit, ἀπάγχεσθαι esse *dolore strangulari*, ut in N. T. Matth. XXVII. 5. καὶ ἀπελθὼν ἀπήγξατο, ubi GROTIUS et PRICAEUS locos laudant e LXX., ex Aeliano et Ovidio.

Pag. 106. WAKEF. in Silv. crit. V. p. 16. REISKIUM §. 132. male turbas excitasse putat.

Pag. 149. Ad §. 18. De τὸ πέμπτον μέρος μεταλαμβ. cf. FRITZSCHII Comment. de Daetall. p. 119. —

Pag. 154. * De Cimone et de ejus matrimonio cum sorore contracto fusius jam disputavit JANUS RUTGERSIUS in VV. LL. p. 37. seqq. edit. Lugd. Bat. 1618.

Alia Typographi errata benevolus Lector ipse emendet.